tingibilem. profunditas propter sapientiam  
inscrutabilem. haec sancti secundum apostolum compre-  
hendunt. haec ille. Non est quod dicit beatus augustinus.  
Nihil dignum de re deo humanus ser-  
mo loquitur. quia nec secundum qualitatem aut quod  
ritatem. situm vel hunc seu motum alio-  
quid de re dicit. Et tamen latitudo. longitudo  
altitudo et profunditas tibi inesse quodam-  
modo leguntur. sed altitudo caritatis qua  
nos ab errore colligit et praeuenit in veri-  
tate. Longitudo vero quae nos tua longa  
nimitate malos peccatores nec emenda-  
tos future patrie restituas. Altitudo  
autem qua omnem sensum hominum et angelorum  
immensitate scie supercellis. Profun-  
ditas quoque qua damnandos inferius  
iuxta equitatem dispositionis atque recto  
iudicio iudex iustus praeparat. Om-  
nem igitur supergredias creaturam et men-  
tis intuitum ultra omnia dirigat. qui aliquid  
voluerit de tua prelibare proprietate sum-  
ma boni veritas. **Q** Secundum ge-  
nus contemplationis versat circa perso-  
narum trinitatem. De hoc richardus de sancto vi-  
cto. in libro contemplationum sic ait. Secun-  
dum genus contemplationis versat circa per-  
sonarum trinitatem trinitatisque speculato-  
rum nam multa firmiter credunt veraciter as-  
serunt quae tamen non solum supra rationem. sed  
etiam contra rationem esse videantur. Credi-  
mus unum deum patrem et filium et spiritum sanctum  
patrem a nullo. filium a patre so-  
lo. spiritum sanctum a patre et filio. filium na-  
scendo. spiritum sanctum procedendo. Credi-  
mus unum eundemque in personis trinum et in  
substantiis unum. Unde alius est pater. alius  
est filius. alius est spiritus sanctus. nec ta-  
men aliud pater quam filius. nec aliud pa-  
ter vel filius quam ambo spiritus. nam  
alia est persona patris. alia filii. alia spi-

trinitatis cū sit oīb; vna substātia ea-  
dem eētia ⁊ sola natura. hęc oīa credi-  
mus. hęc oīa p̄stentur ⁊ p̄stant veraci-  
ter esse. ⁊ tū in oīb; si iuxta humanaz  
estimationē pensent. videt hūana rō  
fortiter repugnare. hęc rich. **R** Et  
notandū q̄ pater qui est fontalis oīm  
bonitas. q̄ potuit ⁊ voluit filium dile-  
ctum genuit. cui beatitudinis sue deli-  
cias plenissime cōicā. Coeternum ge-  
nuit. q̄ nūq̄ sine illo fuit. Consubstan-  
tiales quoq̄ ne diuinitatis substantia  
duplice. Dicif tū genuisse alterz a se.  
s. alterā p̄sonā que est hoc qd̄ ip̄e. Ex  
vtrōq̄ etiam spūs. p̄cedit vt ambo se-  
mutuo diligentes terciū quoq̄ p̄dile-  
ctū haberent. cui caritatis sue delicias  
oīno cōicarent. in quo etiā ⁊ p̄ quem  
creature rōnales. p̄ modulo sue capa-  
citat̄ eisdē p̄ciparēt. ip̄e em̄ est cari-  
tas vtrūq̄ p̄iūgens nosq̄ subiūgens  
a fonte. A fonte igif bonitatis q̄ pater  
est. p̄cedit donū amoris. qui amor sp̄-  
ritus est. Si aut̄ a patre p̄nt ⁊ a filio q̄  
pater nihil sibi retinuit qd̄ nō filio suo  
gignendo dederit sicut ip̄e ait. Oīa  
que pater h̄z mea sunt. p̄pterea dixi q̄  
de meo accipiet ⁊ annuntiabit vobis.  
Est aut̄ spūs sanctus equalis vtrūq̄. q̄  
ex summa libertate oportuit summum  
donū. p̄cedere. q̄ ⁊ summū bonum. Et  
etiā deus q̄ donū intrinsecū est ⁊ quic-  
quid est in deo deus est. Ob hoc ⁊ vtri-  
q̄ coeternus est q̄ donū intrinsecum  
prius in deo fuit q̄ esse vel aliud quic-  
q̄ creaturis cōmunicat et exterius vel  
distribueret. **S** De p̄prietatib; p̄so-  
naz q̄ i dīna natura p̄sistūt. th̄o. de aq̄.  
sic d̄t. In dī natura tres p̄sone subsistūt  
⁊ hi tres sunt vnus deus ⁊ solis relati-  
onib; distingunt̄. Paternitas a rōne  
filiationis. Pater aut̄ ⁊ filius a spūs san-  
cto spiratōe vt tra dicant̄ spūs sanctus  
a patre ⁊ filio p̄cessiōe amoris qua ab

vtrōq̄ p̄cedit. p̄ter has nō est quar-  
tam in diuina natura ponere p̄sonam  
Dicit etiam de hoc beatus augustinus  
in libro de v̄bis apostoli. Audiuimus  
d̄m dicentē. ego suz qui sum. ⁊ deus  
summe bonus est. Cū audis deus sum  
me bonus noli putare de deo patre tū  
dictū sed de deo patre ⁊ filio ⁊ spūs san-  
cto. hęc em̄ trinitas vnū ē ⁊ vn̄ d̄s est ⁊  
summe bonus est. Ita plane vnus est  
deus. vt quando de ipsa trinitate inter-  
rogatus hoc respondens ne forte cum  
audieris est deus p̄tes ipsum esse pa-  
trem. ipsum esse filium. ipsum esse spi-  
ritum sanctum. non est ira. Sed qui pa-  
ter est in illa trinitate nō est filius. qui  
filius est in illa trinitate. non est pater  
qui spiritus sanctus est in illa trinitate  
nec filius est nec pater sed spiritus pa-  
tris idemq̄ spiritus filij ip̄e em̄ est  
vnus spūs sanctus ⁊ patris ⁊ filij coe-  
ternus patri ⁊ filio consubstantialis ⁊  
qualis. hęc tota trinitas vnus d̄s sum-  
me bonus. hęc augustinus. Est igitur  
solus ⁊ verus deus eternus immensus  
⁊ incōmutabilis om̄s ineffabilis pa-  
ter ⁊ filius ⁊ spūs. Tres quidem p̄so-  
ne sed vna essentia substātia seu natu-  
ra simplex omnino. pater a nullo. filij  
us a patre solo spūs sanctus ab vtrōq̄  
absq̄ initio ⁊ absq̄ fine. p̄ generans.  
⁊ filius nascens. spūs sanctus a patre  
⁊ filio p̄cedens. hęc tres p̄sone sunt  
⁊ p̄substantiales coeternę omnipoten-  
tes coequales vnum vn̄uersoz p̄in-  
cipium creator oīm visibilium ⁊ inui-  
sibilium spūalium ⁊ corp̄alium crea-  
turarum. hęc aut̄ sancta trinitas scdm̄  
suam essentiam est indiuidua ⁊ p̄m p̄-  
sonales p̄prietates ē discera ⁊ nature  
sue simplicitate nō admittens diuisio-  
nem nec in p̄sonali p̄prietate recipiēs  
vnitatem. Sed semper in essentia vni-  
tatis ⁊ in p̄sonis pluralitas inuenit̄



a qua omnis profusio et mutua admixtio remouetur. quia cum alius sit pater. alius filius. alius spiritus sanctus. pater non poterit esse filius. nec filius pater vel spiritus sanctus. Est ergo pater qui generat. filius qui gignitur. et spiritus sanctus qui procedit ut simplex distinctio sit in personis et in natura unitas teneatur. Unde licet alius sit pater. alius filius. alius spiritus sanctus. non tamen aliud. quia idem quod est pater est filius est spiritus sanctus. Pater vero generando totam substantiam ei dedit sine diuisione et tamen totam retinuit sine diminutione. et sic una et eadem res est pater gignens et filius nascens et spiritus sanctus ab utroque procedens.

De hac sancta trinitate beatus augustinus sic dicit. Trinitas diuinarum personarum est summum bonum et purgatis simis mentibus cernitur. una est enim indiuisibilis essentia. personae tres. et haec tres personae sunt una essentia et unus deus. et quaelibet earum est una essentia et unus deus. pater a nullo. filius a patre nascendo. spiritus sanctus a patre per filium procedendo. Pater filium generat. filius gignitur et pater cum filio spiritum sanctum spirant. Et quod filius spiritum sanctum spirat. hoc habet a patre. Quicquid enim persona habet vel facit hoc a persona habet a qua est. et ideo quod filius est a patre et ab ipso omnia habet. et quod spiritus sanctus est a patre et a filio. ideo hoc quod habet communiter ab utroque habet. Sed propter hominum nascibilitatem pater non est maior filio nascente vel spiritus sancto procedente. quia unitas diuinae essentiae est equaliter in ipsis.

Et notandum quod quicquid ad se dicuntur pater et filius non dicitur alter sine altero. id est quicquid dicuntur quod substantiam ipsorum ostendat simul dicuntur. non ergo pater est sine filio. nec filius sine patre. sed ambo simul deus etiam et unus deus. Quo circa quicquid secundum substantiam vel eter-

nitatem de eis dicitur. ambo simul sunt. Et quis de filio dicat deus de deo. lumen de lumine. ambo tamen simul et spiritus deus et unum lumen. Unde sciendum primum et filium et spiritum sanctum unum esse naturaliter deum. nec tamen ipsum primum esse qui filius. nec filium ipsum esse qui pater est aut spiritus sanctus. una est enim essentia patris et filii et spiritus sancti. in qua non est aliud pater. aliud filius. aliud spiritus sanctus. Quis personaliter alius sit pater. alius filius. alius spiritus sanctus. Et notandum quod tota deitas est in parte tota in filio. tota in spiritus sancto. nec minor in patre solo quam simul in patre et filio et spiritus sancto. simile de filio et de spiritus sancto intelligendum est. De hoc et quibusdam alijs ad sanctam trinitatem spectantibus. hugo in libro de sacramentis sic ait. Creator omnium rerum unum profuturum deum et eternum. trinum in personis quia essentia deitatis una est. et in essentia una tres personae. Pater et filius et spiritus sanctus trinus est sine diuisione unitatis. et unus sine profusione trinitatis. Tres autem personae nihil esse quam essentiam unam. quia propter tres unum sunt. sed tres unus non sunt. quia si tres unum non essent. una essentia trium non esset. si tres unus esset tres non essent. idcirco tres unum sunt ne substantia diuidatur et tres unus non sunt ne personae profundantur. Quod ergo pater est filius est. quia una est natura patris et filii et spiritus sancti. Sed non qui pater filius est. quia alia est persona patris. alia filii. Item que de deo secundum substantiam dicuntur. equaliter dicuntur de patre et filio et spiritus sancto. quoniam substantia patris et filii et spiritus sancti una est. et equaliter. Deus nomen est substantiae et hoc deo esse est quod substantiam esse. Ideo pater deus est. filius deus est.

spūsanctus deus est. Non tres dñi sed vnus est deus qm̄ vna est substātia. Et similiter alia que de deo s̄m substātia dicunt equaliter dicunt et de oibus s̄m mul nō pluraliter s̄ singulariter et eq̄liter. Et cū de singulis singulariter dicunt nō minus d̄r. Et cū de oibus vnus m̄ter dicunt. nō amplius p̄nūciat. Cū em̄ d̄r pater est deus nō minus d̄r q̄ cū d̄r pater et filius et spūsanctus ē deus. Tota em̄ veritas in patre et in filio tota. et tota in spiritu sancto est. nec minor in patre solo q̄ simul in patre et filio et spiritu sancto intelligendum est.

**X** Notandum etiam q̄ cum potentia patris aliud non sit q̄ essentia eius nec sapia filij aliud sit q̄ essentia eius nec amor spūsancti aliud q̄ essentia eius. Necessario oīno est vbi vna est essentia vna eē potentia et vna sapiam. Dicit ei pater potēs et nō solus pater potens q̄ potens ē pater et filius et spiritus sanctus et non tres potentes sed vnus potens. q̄ potentia vna in natura vna et substantia vna. Et est filius sapiens sed nō solus q̄ sapiens est pater et filius et spūsanctus et nō tres sapientes s̄ vnus sapiens q̄ sapia vna in natura vna et substantia vna. Et d̄r spūsanctus benignus et bonus et est quidē benignus et bonus spūsanctus s̄ nō solus q̄ benignus et bonus est pater et filius et spūsanctus nec tamē tres benigni et tres boni sed vnus benignus et vnus bonus. q̄ benignitas vna et bonitas vna in natura vna et i substantia vna. Ixc hugo. Sciendū etiā q̄ pater non est maior filio nec pater et filius maior spiritu sancto nec maius aliquid due persone sunt simul q̄ vna. nec tres simul magis aliquid q̄ due. nec maior est essentia in tribus q̄ in duabus. nec in duabus q̄ in vna q̄ tota est in singulis. Unde damascenus ait. Cōfitemur diuinitatis

naturā omnem p̄fecte esse in singulis suarum p̄postasum. i. personarum omnem in patre omnem in filio omnem in spiritu sancto. Ideoq̄ perfectus deus pater. perfectus deus filius. perfectus deus spūsanctus. Et inde est q̄ pater dicitur esse in filio et filius in patre et spūsanctus in vtroq̄ et singuli in singulis. Unde aug. in libro de fide ad petrus sic d̄r. Pater vnitatis nature totus pater in filio et spūsancto ē. totus quoq̄. s. in patre filius est. nullus eorū extra quemlibet illoz est p̄pter nature diuine vnitatē. **A** Ecce hic apparet aliquatenus. non em̄ plene potest tantum referari ab homine archanum ex qua intelligentia dicat singula personarum tota esse in alijs. Unde etiam hylarius ista interius p̄quirens in libro de trinitate ait. Affert plerisq̄ obscuritatem sermo domini cū dicit. Ego in patre et pater in me est. nec immerito. natura em̄ intelligentie humane rationem huius non capit dicit nec exemplum aliquod in rebus diuinis p̄paratio hūana p̄stabit s̄ quod in intelligibile est homini deo possibile est. Cognoscendum itaq̄ intelligendum est quid sit illud. Ego in patre et pater in me est si tñ cōplēdere hoc ita v̄t est non valebimus. Patrem ergo in filio et filium in patre esse credamus et plenitudo in vtroq̄ diuinitatis p̄fecta est. Unde eandē in vtroq̄ et virtutis similitudinem et diuinitatis plenitudinem p̄stitemur. **D**ia em̄ filius accepit a patre nam si patre eiusdem qui genuit accepit. neuter ergo p̄fectus est. deest em̄ ei vnde deest sit nec plenitudo inerit qui ex portione p̄stiterit. neuter ergo p̄fectus est si plenitudinem suam et qui genuit amittit nec qui natus est p̄sequit. Fateamur ergo q̄ pater est in filio et filius est in patre. deus in deo. Et his verbis p̄t

humana pmitit infirmitas potest intelligi ex quo sensu dixerit xps se esse in patre et patrem in se. Ex eodem sensu etiam intelligit spūs sanctus esse in utroque et singula personarum in singulis quod scilicet in singulis est eadem plenitudo divinitatis. quod non est maior natura divina in aliqua harum personarum. sed unius et indifferentis nature sunt hec tres persone. ideoque una in altera esse dicitur predictum est. Unde beatus ambrosius. predictorum verborum sententiam nobis aperiens super illud verbum Deus erat in xpo mundum reconcilians sibi sic ait. Per hoc intelligit pater esse in filio et filius in patre. quod una est eorum substantia. ibi enim est unitas ubi nulla est diversitas. Ecce trium illustrius virorum testimonium. scilicet augustini. hylarii et ambrosij. in idem currentibus relatione spūs sancti in eis loquentis pie credere volentibus ostendit tamen quasi per speculum in emigmate qualiter accipiendum sit cum dicitur. Pater in filio vel filius in patre vel spūs sanctus in utroque. Nec etiam est aliqua trium personarum pars dei vel divine essentie. quia singula harum plenus et verus deus est et tota et plena divina essentia. et ideo nulla istarum in trinitate pars est. Unde ergo tres qui unus sunt propter ineffabilem diuinitatem qua ineffabiliter copulantur unus deus est. Pars ergo trinitatis esse non potest quicumque est unus in tribus. In trinitate ergo qui deus est et pater deus est et filius deus est et spūs sanctus deus est et simul hi tres unus deus. nec huius trinitatis tercia pars est unus. nec maius aliquid duo quod unus est ibi. nec maius aliquid sunt omnes quam singule persone. quod spiritiva lis non corporalis est illa magnitudo. Qui potest capere capiat. qui autem non potest capere credat et ore et corde credat

etiam intelligat. **U**terque est enim quod per prophetam dicitur. **N**isi credideritis non intelligetis. **B** Nam secundum beatus augustini. inquirere de trinitate pueris curiositas est. credere et tenere sicut sancta ecclesia docet fides et securitas est. **U**tere autem eam sicut est summa et perfecta felicitas est. hec augustinus. **U**nde sciendum quod acies mentis humane invalida est ad aspiciendam divine maiestatis excellentissimam lucem nisi iusticie fidei et dilectionis divina donante gratia illustretur fide. **Q**ua propter divina veritas omnibus postulanda est gratia. ut mundetur oculi cordis ad videndum quod proprie trinitas sit unus deus et solus et verus deus et quod recte pater et filius et spūs sanctus unus eiusdemque substantie vel essentie dicatur credatur et intelligatur. **A**d huius sacrosanctissime visionem beatitudinis nemo nisi per fidem mundato corde attingere potest. dicente ipsa veritate. **B**eatum mundo corde. quoniam ipsi deum videbunt. **E**t quod per fidem venimus ad agnitionem. ergo per beatus hortatur **A**ugustinus. credendum est pariter in patrem et filium et eorum spiritum et in singulos et simul in tres. quod singulus pater et singulus filius et singulus eorum spiritus est summa essentia. et simul pater et filius cum spūs sancto sunt una eademque summa essentia. in qua solum omnis homo credere debet. quia est solus finis quem homo in omni cogitatione et actu suo per amorem debet intendere. **H**ec augustinus. **H**anc summam trinitatem beatus augustinus in suo speculo profiteatur sic dicens. **C**onfiteor te patrem et filium et spūs sanctum in personis trinum. in substantia unum verum deum omnipotentem. visibilem et invisibilem. patrem et filium. non corpus aut in corpore positum. nec ex diversis speciebus admixtum. aut membro tum propagimibus effigiarum. sed unius simplicis et incorporee invisibilis et in-

circumscripte nature. **T**e quidem verum patrem summe bonitatis et totius divinitatis principium incircumscripte et ingemite maiestatis deum ex nullo initium ducentem sed omnino initium dantem **C**redo et profiteor non corpali progenerie neque extrinsecus non necessitate neque voluntate sed natura filium generantem **C**onfiteor et verum te filium ex patre sine initio ineffabiliter verum deum unigenitum per quem omnia facta sunt et verbum patris verbum non factum non creatum non adoptatum sed genitum et unius cum patre substantie vere atque ita per omnia equalem deo patri. ut nec tempore. nec gradu. nec parte esse possit inferior. tamen te esse profiteor. qui genitus es quibus est ipse qui genuit te **N**on autem quod dico genitum a patre filium divine ineffabili generationis aliquid tempus ascribo sed nec patrem aliquando cepisse nec te filium quod semper fuit pater. nunquam igitur non fuisti filius. non enim aliter profiteri possumus eternum patrem nisi te etiam profiteamur coeternum filium. **E**x filio enim pater dicitur et quia spiritus pater fuit semper habuisse filium dubium non est. **T**e quoque credo spiritum sanctum verum deum non factum nec creatum nec genitum neque ingentum sed ex patre filioque inenarrabiliter procedentem et in patre simulque filio substantialiter permanentem **S**ic igitur ab utroque procedis. ut inseparabiliter in utroque permanens. atque ita per omnia deo patri et filio equalis coeternus et substantialis. ut neque potestate neque voluntate neque eternitate neque substantia differre possis ab eis vel precidi a quibus procedis. **I**gitur eternum patrem sine natiuitate. eternum filium cum natiuitate. eternum spiritum sanctum cum processione sine natiuitate totum patrem in filio et spiritu sancto totum filium in patre et spiritu sancto. totum spiritum sanctum in patre et filio permanentes patrem et filium et spiritum sanctum unum

deum omnipotentem una potestate unoque regno. una maiestate. una eternitate. et nunc et semper ubique pregnantem corde credo. ore confiteor et mente diligo **H**ec augustinus. **U**nde secundum quod dicit richardus de sancto victore in. iij. libro de contemplatione. **C**aute nobis est observandum et diligenter precauendum ut sic in summis illis et divinis asseruamus substantie unitatem et tamen non euacuemus personarum trinitatem. et sic asseruamus personarum trinitatem ut tamen non dissipemus substantie unitatem. **Q**uia multi in eo quod de summe divinitatis unitate sentiunt veram trinitatis fidem euacuare intendunt **E**t item quia multi in eo quod de trinitate asserunt diuine essentie unitatem dissipare volunt **A**rrius dicit aliud est pater. aliud est filius. aliud est spiritus sanctus. **R**ecte quidem diceret si alius diceret non alius. **I**s utique in eo quod dicit aliud diuinitatis unitatem dissoluit **S**abellius dicit **I**dem deus quoniam vult pater est. quoniam vult filius est. quando vult spiritus sanctus est. ipse tamen unus est. **E** **I**ste autem in eo quod loquitur vere trinitatis fidem euacuare conatur. **D**ebet igitur dicitur illi clerico rubin per quos duo summa genera contemplationum designant se ipsos mutuo respicere. nec vlla intelligentie sue processionem a mutuo procedit sensu speculationis sue oculos in contraria diuertere. **S**ed secundum predictos hereticos clerico rubin nostri ab alterutro aspectu faciem auerunt. quod contraria assertione multum diuersis et sibi ipsis oppositis intendunt et acquiescunt. **S**ecundum primum clerico dicimus quod unus et solus deus est qui cuncta ex nihilo creauit. **I**uxta secundum dum clerico affirmamus. quod alius est qui genuit. alius est quem genuit. et alius est qui ab utroque procedit. **S**ed clerico isti duo respiciant se mutuo et dicamus quod unus idemque deus sub

stantialiter vnus et psonaliter trinus  
Dicimus p̄m p̄mū ch̄rubin q̄ p̄ et  
filius et sp̄s sanctus vnum sunt in sub  
stantia. vñ in essentia. vñ in natura  
vna. Dicimus iuxta ch̄rubin secū dū  
q̄ alius est pater in p̄sona. alius est fi  
lius in p̄sona. alius est sp̄s sanctus  
in p̄sona. Respiciant se ch̄rubī mu  
tuo et p̄stemur absq̄ dubio q̄ nō sunt  
aliud pater et filius et sp̄s sanctus. q̄  
uis veraciter sit alius. et alius. Alius  
itaq̄ est pater. alius filius. alius ē spi  
rituscūs iuxta ch̄rub secū dū. nec tñ  
aliud est pater. aliud filius. aliud spi  
rituscūs. Juxta ch̄rub p̄mū et secū  
dum mutuū respectū veraciter affirme  
mus. q̄ pater et filius et sp̄s sanctus.  
nō tñ tres dī sunt. sed vnus deus. Jux  
ta secū dū ch̄rub p̄stemur q̄ filij sub  
stantia n̄e substantie vnita in vna p̄so  
na vnita est. Juxta p̄mū ch̄rub indu  
bitanter affirmamus. q̄ patris et filij  
et sp̄s sancti substantia vna et indivi  
dua est. veruntñ iuxta mutuū respectū  
p̄stemur q̄ solus filius d̄aciter incar  
natus est. Ch̄rub itaq̄ respicit quādo  
vnus dicit alius non p̄tradicit. et illa  
que sue sunt p̄sideratōis sic vnus asse  
rit. vt tñ que alterius sunt omnino eua  
cuare nolit. Ch̄rubin se mutuū respi  
ciunt qñ summa duo p̄templationum  
genera inuicem sibi et occurrunt et mu  
tua sibi veritatis p̄cordia alludunt. Et  
notandū si illa que de p̄sonarū trini  
tate. et substantie vnitate in deo credi  
mus per mentis excessum videre et pu  
ta perspicuaq̄ intelligentia capere ne  
quimus. Nihilominus tñ ea q̄ in cat  
holica traditōe accepimus fide tene  
mus. put nobis possibile est in frequē  
tem p̄sideratōem adducamus vt eius  
modi studio diuinā reuelationū cor  
p̄m p̄mereri possimus. puto siquidē  
q̄ diuinā reuelationum p̄solatio nō

omnino peregrina erit eis qui diuino  
rum sacramentorū archana fidei oculo  
tam frequenter q̄ libenter aspiciūt. q̄  
romagis illis maxime familiaris erit  
qui eam intelligentie oculo assidue cō  
templando per mentis excessū sepe vi  
dendo desiderio suo satisfacere nō p̄nt  
Heerich. **S** Et notandū p̄sequit̄  
p̄m thomā de aquino q̄ deus cū omni  
no sit simplex et inuisibilis nō determi  
nat ad aliquem locum. vt esse dicatur  
vbicq̄. q̄ videlicet vna p̄eius sit hic.  
alia illic. sed immensitate virtutis sue  
tangit omnia que sunt in loco. cum sit  
causa vniuersalis essendi. Nouēs em̄  
et motū oportet esse simul. deus autem  
omnia mouet ad suas op̄ationes igif  
est in omnib. Unde sciendum q̄ res  
corporea est in aliquo loco p̄m p̄tractū  
quantitatis dimensue. sed res incor  
porea p̄m p̄tractum virtutis cum careat  
omni quantitate dimensua. Si autē  
esset aliquod corpus habens quantita  
tem. dimensiuam infinitā oporteret il  
lud esse vbicq̄. Ergo si sit aliqua res in  
corporea habens virtutē infinitā oport  
ter q̄ sit vbicq̄. deus autē est h̄mōi. ergo  
est vbicq̄. Et quis sit vbicq̄. tñ a nullo  
eorū que sunt p̄prehendit̄. Unde dicit  
scotus. deus est in omnib. sup̄ omnia.  
Ipse quidem essentia omnium quare  
re solus. Et cum in omnibus totus sit  
extra omnia totus esse non desinit. dū  
enim per omnia que sunt diffunditur a  
nullo eorū que sunt p̄prehendit̄. Quia  
esse quidem de deo predicat̄. quid autē  
sit p̄mitus ignorat̄. h̄c scotus. Ergo  
put dicit augustinus intelligamus de  
um si possumus quantum possumus si  
ne qualitate bonum. sine q̄nitate ma  
gnum. sine indigentia creatorem. sine  
situ p̄sentem. sine habitu omnia p̄ri  
nentem. sine loco vbicq̄ rotum. sine tē  
pore sempiternū. sine vlla mutatione  
U. ij.

mutabilia facientē. nihilq; patientes  
**Hec aug.** **S** De hoc autē quō deus  
 voluntate sua cūtra creauit et quō in ip  
 so oīa fuerunt anteq; ad formā suā  
 visibiles pcederent spēs et quō p mo  
 les corpis nusq; ē. et tū p incircūscrip  
 tā substantiā nusq; deest De his et qui  
 busdā alijs ad dimitatis potētiā pīnē  
 ribus. Petrus da. sic ait. Volūtas dei  
 oīm res siue visibiliū siue invisibiliū cā  
 esset existant a deo pdira queq; anteq;  
 ad formā suā visibiles pcederent  
 species. iaz veraciter atq; essentialiter  
 viuerent in sui opificis volūate qd fa  
 ctum est in ipso vira erat. Et idem in a  
 pocal. Tu creasti oīa et ppter tuā volun  
 tatem erant et creata sunt. prius d; qz  
 erant et postmodū fuisse creata. qz que  
 foris expressa sunt p additionē opis iā  
 intus erant in puidētia et p silio p dī  
 toris Constat itaq; deum oīpotentem  
 oīa solū interne sue sapie thesauro cō  
 cludere. vt nec ad se quid accedere nec  
 a se quicq; p rpm valeat momēta trā  
 sīre. Illa igit inēffabili sue maiestatis  
 arce p sistentis sic oīa in pīrie sue p sītu  
 ra p s pectū vno ac simplici p remplatū  
 intuitu. vt sibi nūq; penitus vel p rēra  
 transeant vel futura succedant Cui dū  
 semp esse ad idem esse est p rēmitatē  
 dū oē qd labīr circūscribit. et intra se  
 in et ipsum oīm cursū tempoz claudie  
 Et sic intra se sine transira cohibet oīa  
 tempora. Ita nihilominus intra se si  
 ne spacio vniuersa continet loca hinc  
 est qd ait Celum et terram ego impleo.  
 Item p pphetam dī Celū mihi sedes  
 est. terra aut scabellū pedū meoz. Fur  
 sumq; de eo scriptum est. Celum meri  
 tur palmo et oēm terrā pugillo conclu  
 dit. Sedi quippe cui p rēdit interior  
 et superior manet. nam celū palmo me  
 tiens et terram pugillo p tinentis et pclu  
 dens ostendit. qd ipse sit circūquaq; re

bus cunctis quas creauit exterior Id  
 nam quod interius pcludit a pcluden  
 te exteriori continet. p sedem ergo cui  
 p rēdit esse interius ac supra p rēdit  
 tur Per pugillum vero quo cūtra esse  
 exteriori subterq; signant demonstrat  
 tur. quia em ipse manet intra omnia.  
 ipse extra omnia. Ipse infra omnia et  
 superior est p potentiam et inferior est  
 per sustentationem. et exterior p mag  
 nitudinem. et interior per subtilitatem  
 Ubi ergo sit aliquid absq; eo. qui cum  
 per molem corpis nusq; est per incir  
 cumscriptam substantiam nusq; deest  
 De quo ait aplos Quia in ipso p sīant  
 omnia Et rursus qm ex ipso et per ipm  
 et in ipso sunt oīa. Est em vt ira dicit  
 rim locus in localis. qui sic in se conti  
 net omnia loca. vt non moueat ipse p  
 loca et tamen omnia simul impleat. nō  
 per partes sui occupat partes loci sed  
 totus vbiq; est. nec per ampliora loca  
 distractio. nec per angustiora contra  
 ctio. nec alior in excelsis nec plus bu  
 miliatus in infimis nec maior in ma  
 gnis sed vnus idemq; simplex et equa  
 lis vbiq; nulla indigens creatura. nā  
 et antequam virtutes angelicas con  
 didisse anteq; tempus aut temporale  
 aliquid existeret plenas atq; pfectas  
 immortalitatis glorie diuitias possi  
 debar. Ad creandum igitur quod non  
 erat non eum alicuius inopie necessi  
 tas impulit. s; sola p rē clementie bo  
 nitas prouocauit. nec beatitudinis re  
 rum conditio sibi conferre aliquid po  
 tuit cum ita p se et in se sit plenus atq;  
 perfectus. vt nec existente creatura ali  
 quid sibi accedat nec ea pereunte rece  
 dat. hēc petrus dami. Unde considerā  
 dum qd deus non loco continet. ipse  
 enim est sibi locus. quia in se habitat  
 et existit. et ideo in se continet omnia  
 loca. nec tempore variatur. nec alicubi

**Liber III. Dist. III. Ca. X.**

est. qz corpus non est. sed omnia in ipso  
et ipse in omnibus non partialiter diui-  
sus. sed ubique totus. intra omnia non  
inclusus. extra omnia non exclusus. su-  
per omnia non elatus. infra omnia non de-  
pressus. Ubiqz namqz est per diuinita-  
tis pñtiam. in sanctis aut familiariter  
per inhīratōem. ppter qd nō dicimus  
Pater noster qui es ubiqz. licet hoc sit  
vex. sed qui es in celis. i. in sc̄tis quo-  
dam. s. excellentiori mō. Celum autē  
qd dicitur trinitatis non est aliquis locus  
corporeus extra mundū vel intra. s. vbi  
habitat trinitas sicut angeloz in ce-  
lo empirreo. s. est ipsa trinitatis excel-  
lens maiestas que ubiqz est et omnia im-  
plet p̄tinet et excedit et sup̄ omnia non  
loca p̄tione. sed nature dignitate. et  
omnipotentie sublimitate. Un̄ lucifer  
ait. In celum ascendā. i. ad equalitatem  
dei. Et sciendū qd deus incompara-  
biliter in se existit p̄tialiter. essentialiter  
et potentialiter est in omni creatura si-  
ne sui diuisione et in omni loco sine cir-  
cumscriptōe et in omni tpe sine sui mu-  
tabilitate. Unde yfido. in lib. de sum-  
bono. Diuine magnitudinis immen-  
sitas est ista vt intelligamus eaz intra  
omnia sed non inclusum et ideo exteri-  
orem als̄ cum incircūscripte magnitu-  
dinis immensitate oīa p̄cludat. per il-  
lud qd exteriōr est oñditur eē creator.  
per id vero qd interiōr gubernare om-  
nia demonstratur. ac nec ea que creata  
sunt sine deo essent. Intra oīa deus est  
entia ne extra deū essent. Deus exteri-  
ōr est vt omnia extra p̄cludant ab eo.  
Et norandū qd intelligibiliter quodā-  
modo dei essentia sciri p̄t̄ dum esse  
credif. h̄c yfido. **S**ciendū eti-  
am vt dicit beatus greg. xxi. mora qd om-  
nipotens deus sic intendit omnibus. vt  
assit singulis et simul omnibus nunqz de-  
sit. nam et si quosdam peccantes dese-

rit. eisdem tamen adest per iudicium.  
quibus desse cernit per adiumentum.  
Sic itaqz exteriora circumdat vt inte-  
riora impleat. sic interiora implet. vt  
exteriora circūdet. sic summa regit vt  
yma non deserat. sic ymis p̄ns est vt a  
superioribus nō recedat. fit latet in sua  
specie vt tñ cognoscat in opatione. sic  
cognoscat in suo opere vt tñ p̄prehendi  
non valeat agnoscentis estimatiōe. sic  
adest vt videri nequeat. sic videri non  
valet vt tñ eius p̄ntiam ipsa sua iudi-  
cia testent. sic se nobis ad intelligēdū  
p̄bet. vt tñ ipsum nobis radiū sui in-  
tellectus obnubilet. Et rursum sic cali-  
gine ignorantie nos reprimat vt tamē  
mēti nostre claritatis sue radijs inter-  
micet. quatenus et subleuata quippias  
videat et reuerberata p̄tremiscat. Et qz  
eum sicut est videre non potest. aliquā-  
do videndo agnoscat. h̄c greg. **D**e  
hoc etiā qd deus ubiqz est intra om-  
nia. extra omnia. supra omnia. et infra  
omnia. beatus greg. ij. moral. exponēs  
illud dictum. Egressus est sathan a fa-  
cie domini. sic ait. Quid est qd sathā a  
facie domini egressus dicitur. Quomō em̄  
erit ab eo qui ubiqz est. ipse enim ma-  
net et intra omnia. et extra omnia. ipse  
supra omnia et infra omnia. et superior  
est per potentiam. et inferior p̄ susten-  
tationem. et exteriōr per magnitudinē  
et interiōr per subtilitatem. Sursum  
regens et deorsum p̄tinentis. extra cir-  
cumdans. interius penetrās. nec alia  
ex parte superior. alia inferior. aut alia  
ex parte exteriōr atqz ex alia manet in-  
teriōr. sed vnus idemqz totus ubiqz p̄-  
sidento sustentans. sustentando p̄sidentis  
circūdando penetrans. penetrando cir-  
cumdans. vnde superius p̄sidentis in-  
ferius sustentans. et vnde exteriōr ambi-  
ens inde interius replens. Sine in-  
quietudine superius regens. sine labo-  
re. **U. ij.**





propterea negativa in diuinis significa-  
tionibus preponit affirmatiue. et vere di-  
cimus ipsam que supereminet omnia non  
esse aliquid eorum que sunt. quia ignora-  
mus quid ipsa sit eius superessentiali-  
tas et inuisibilitas et ineffabilitas et in-  
finitas. Quod enim infinitum est scia hu-  
mana estimari non potest. quod ineffabile est  
non dicitur. quod inuisibile est non cognosci-  
tur. quod uero superessentialiale non prece-  
ditur. Qui uero recto ratiocinandi ite-  
nere deum querunt. eum super omnia subli-  
matum esse cognoscunt. At per hoc eorum  
ignorantia uera est sapientia. et nesciendo  
deum in his que sunt melius eum sciunt  
super omnia que sunt et non sunt. Unde  
augustinus. Qui melius nesciendo scit. Et de-  
omnibus. cuius ignorantia est uera sapi-  
entia. Quia creatoris immensitas om-  
nem creature possibilitatem transcendit.  
cum ad semetipsam apprehendendam ne-  
quaquam creatura sufficiat. De ipso ergo  
mens aliquid humana capere potest. ip-  
sum non potest. ergo nulla ratio uel intel-  
lectus est qui similitudinem ipsius (quam  
incomparabilis possit attingere. De se-  
rit ergo et uilescit omnis creatura uisibi-  
lis dum comparatur summe et supernaturali  
nature que est super omnia. Deus enim  
nihil est aliud quam infinitum pelagus quod  
dam perfectionis in quo reseruant esse  
et uiuere et intelligere et simul omnes perfe-  
ctiones. Et quod intellectus noster non po-  
test apprehendere illud esse diuinum quod  
est infinitum pelagus uno conceptu. uocat  
eum ipsum multis nominibus nunc ipsum  
uiuere. nunc ipsum intelligere et cetera. Nam  
nulla res creata potest recipere illud pel-  
agus infinite perfectionis. sicut nec tota  
aqua maris se commendare modico uasi  
Sed unaqueque creatura de esse recipit  
suum modum suum. nam ignis ipse diui-  
nus illucet quidem mentibus uiatorum.  
sed per naturam innominabilis. ut pote

inuisibilis. nam qui in effectibus suis  
quod est multipliciter discitur. quid secundum  
naturam sit penitus ignorat. hec glo.

**O** Et notandum quod cum aliqua cor-  
poralia in sacra scriptura dicuntur de  
deo. ut puta de oculis uel auribus et cete-  
ra similia. ut etiam psalmus ait. Oculi domini  
super iustos et aures eius et cetera. Hec et huius-  
iulmodi occultam quandam et spiritualementem  
intelligentiam habent. Unde damascenus  
de deo loquitur et appellat dei oculos  
et palpebras consideratiuam uirtutem uir-  
tutum aures et auditum eius propriam  
onem et nostre deprecationis susceptio-  
nem. Os et loquelam uoluntatis sue de-  
monstrationem. cibum et potum nostrum ad  
eius uoluntatis percursum. Orationum  
eius acceptationem. faciem eius propa-  
tionum demonstrationem. manus eius  
per operationum perfectionem. Dexteras  
auxilium eius in prosperis. palpationem  
eius deuotionem et exquisitorem eorum que  
apud nos sunt. pedes incessum auxili-  
um indigentium uel uisionem inimicorum  
Iuramentum intransmutabilitatem con-  
sistit eius et uoluntatis. Iras et furores  
peruersionem ad malitiam et iniquitatem  
uindictam. Obluionem autem et som-  
nium et dormitionem dilacionem eius que  
est ad inimicos uisionis et auxilium retar-  
dationem aliam recordationem. Et simpli-  
citer dicendo omnia que corporaliter  
dicuntur de deo occultam habere quan-  
dam intelligentiam ex his que sunt a-  
pud nos ea que sunt supra nos edocen-  
tem. Quod de angelis similiter modo  
suo licet incomparabiliter inferiori in-  
telligendum est. hec damascenus. **P**  
Circa quod etiam sciendum quod in homine qui  
ad ymaginem dei est creatus duo sunt  
sensus. Unus exterior. et alius interio-  
rior. uterque bonum suum habet in quo refi-  
cit. Sensus exterior reficit exterius in  
contemplatione humanitatis. sensus inte-  
U. iij.

rior in contemplatione diuinitatis. ppter  
ea em̄ deus homo factus est vt totum  
hōiem beatificaret ⁊ tota puerfio eius  
esset ad ip̄m ⁊ tota delectatio eius eēt  
in ip̄m. cū a sensu corporis videt p car  
nem ⁊ a sensu mētis videt p contempla  
tionem. hoc est totū bonū hōis vt siue  
ingrederef siue egrederef pascua inue  
nirer in suo scōre. Pascua facis in car  
ne saluatoris. pascua interioris in verita  
te recreatoris. Cū aut̄ homo existat ex  
carne ⁊ aīa ⁊ in carne sunt quinq; sen  
sus. s. visus auditus gustus olfactus  
⁊ tactus quos tñ nō mouet sine aīe so  
cietate ita aīa simili modo hz quinq;  
sensus suo modo qz spūales res corpa  
libz non scrutant sed spūalibz sensibz  
rimande sunt vnde diuina vox in deu  
tro. ait. Videte qz ego sum solus deus  
ecce spūalis visus Et in apocal. qui hz  
aures audiēdi audiat quid spūs dicat  
ecēqs ecce spūalis audit? Et in ps Gu  
state ⁊ videre qm̄ suauis ē dñs ecce gu  
stus spūalis Et apostolus Xpi bonus  
odor sumus. ecce spūalis odor als olfa  
ctus. Et in euan. Mulierem fide se te  
tigisse magis q̄ corpe ostendit dicēs  
Quis me tetigit. ecce tactus spūalis.  
Sic ergo cū omni cautela obseruāduz  
est quid ad corporis sensus ⁊ quid ad di  
gnitatem aīe p̄m sensus interioris pri  
ner Ex his plane patet q̄ sicut expien  
tia corporatum fit sensibz corporalibz. ita  
expientia spūalium fit in mente sensibz  
spūalibz Vñ sicut gustus exterior  
sensus cū attingit gustabile vel attingi  
tur ab illo tñc vere habet noticiā expi  
mentalem illius. Sic est de gustu in  
teriori ⁊ alijs sensibz spūalibz. nā cum  
aliquis legerit vel audierit ab aliquo  
q̄ dulcis sit dominus ppter hoc tñ non  
habet noticiā expimentalē de hoc nisi  
gustus spūalis attingat dulcedine di  
uina. vt dicere possit fructus eius dul

cis gutturi meo **Cañ.** .ij. vbi loquit de  
gustu spiritali vt d̄ glo. Quid nāq;  
p̄dest multum cognoscere nec illa ex  
periri nec aliq̄ visum. **Q** Illa ha  
bere ad hanc experientiā exhortat. **P**e  
trus in sua cano. j. dicēs Si tñ gusta  
stis qm̄ dulcis est dñs. Isti aut̄ sensus  
nostri interiores spūales impediuntur  
ab illa expimentali noticia. ⁊ hoc du  
plici impedimento. vnum impedimē  
tum p̄cedit ex natura corrupta. aliud  
ex negligentia ppria **R** De impe  
dimēto nature d̄ beatus bern. sup cañ.  
Sapozē interiorē pdidimus ab ip  
so pene exordio generis nostri ex quo  
cordis palatū sensu carnis p̄ualete  
nerat virtus serpentis antiqui extūc  
cepit nō sape bonum ac sapoz noxius  
subintrare ⁊ insipiētia mulieris ⁊ sen  
sualitas sapozem boni excludit. qz ser  
pentis malicia ⁊ asturia mulieris insi  
pientiam circūuenit. hoc bern. **S**  
Ille namq; morsus serpentinus fecit  
sensus languescere interiores ⁊ tabes  
cere. extūc eī visus spūalis interior ob  
tenebre scit. auditus surdescit. olfactus  
tabescit. gustus amarescit. ⁊ tactus  
grossescit. Vñ clamat p̄p̄ta **O**culos  
hñt ⁊ nō videbūt aures hñt ⁊ c. Tales  
em̄ manēt in tenebris exterioribz car  
nis **D**e scdo impedimento d̄ in libro  
de spiritu ⁊ anima hoc bonū magnum  
quod habuit homo ex duplici sensu. s.  
exteriori ⁊ interiori bene ordinato ma  
gnum malum secutum est. quoniam p  
dito bono quod intra erat egressa est  
anima ad bona aliena que foris erant  
⁊ pactum fecit cū delectationibz secu  
li requiescens in illis non attendens  
boni sui interioris absentia. eo q̄ p̄so  
lationes suas cernebat in bonis alienis  
nam cū exterior sensus carnalis bono  
suo vtit. interior sensus q̄si obdormit  
nō eī cognoscit bona interioris sensus

qui iocunditate exteriorum bonorum rapitur. Hec in libro de spiritu et anima. Qualiter autem huiusmodi sensus interiores reformantur et reparantur de hominis impedimentis. De hoc sciendum quod primum impedimentum scilicet corruptionem nature tollit christus quando suam sapientiam et gratiam infundit cordibus et per eam exterminat concupiscentiam malam et consequenter intellectum hominis et affectum purificat et cordis palatum sanat. De hoc beatus bernardus super cantica sic ait. Sapientia assidue vincit malitiam. id est concupiscentiam in mentibus ad quas intraverit saporem et affectum mali quem illa inuenerit saporem meliorem exterminans. Intrat enim sapientia dum sensus carnis infirmat. intellectum cordis purificat. palatum sanat et reparat. sanato iam palato iam sapit bonum. sapit et ipsa sapientia qua in bonis est nihil melius. hoc beatus bernardus. Contra impedimentum secundum. id est nostram negligentiam necesse est ut sensus exteriores sopiantur et a sua vagatione restringantur. quia tunc sensus exteriores excitantur et exercitantur. Unde dicit beatus gregorius. Si exterius euagatione sensus claudis interior sensus aperitur. Cuius rationem reddit hugo de sancto victore. in libro de archa noe ita dicens. Venientes quas cure carnales exagitant non apprehendunt sapientiam sapientiam. sed qui minoris actu ille inuenit eam. quia dum animus ab exterioribus abstrahitur et ad semetipsum colligitur et robustior ad eternam contemplanda subleuatur et cum a delectatione carnali abstrahitur et ad seipsum colligitur necesse est ut statim inde aliquid gaudij spiritualis preguustare incipiat. ne si mens omnino a delectatione remanserit aliena. quasi in se sit arida et sine humore ad germen sapientie non possit peruenire. Fir ergo diuina gratia aspirantur mens sic abstracta et a terrenis desiderijs exuta statim quasi insolita leticia perfundatur. et amplius amarum cogit

noscit esse quod deseruit. quo magis dulce sentit quod inuenit. hoc hugo. Ex quibus colligere possumus quod quanto magis sensus exteriores a carnalibus desiderijs retraxerimus. tanto validius sensus interiores et spirituales ad gustandum diuina et celestia conualescunt.

**Filius.**

**D**esidero etiam scire quod modis species siue qualitas contemplationis varietur.

**Ca. XI Pater et**

**S**cire debes quod tribus modis contemplationis variatur qualitas. Primo enim modo contemplatio agit mentis dilatatione. Secundo mentis subleuatione. Tercio modo mentis alienatione. Mentis autem dilatatio est quando spiritu sanctus cor hominis ingreditur. et per suam gratiam omnes affectiones carnales. siue seculares de ipsa mente eliminantur. et cor magno ardore amoris dei inflammatur ac etiam dilatatur. modus tamen humane industrie non supergreditur. Mentis vero subleuatio est quando intelligentie viuacitas diuinitus irradiata humane industrie meta transcendit. nec tamen in mentis alienationem transit. ita ut et supra sit quod videat et tamen ab assuetis penitus non recedat. Mentis autem alienatio est quando presentium memoria menti excidit et in peregrinum quendam humane industrie status diuine transfiguratione transit. **U** Prima species contemplationis agit mentis dilatatione. Exclusis namque vitijs de cubiculo cordis et decenter virtutibus adornato subintrat dilectio dei. Qui vero deum diligit. et mandata eius seruat videlicet peccatis resistendo et honeste viuendo. illius mentem libenter

deus visitare dignat. ac in illa mansio-  
nez desiderat facere. Telle dicitur q̄ ait  
**S**i quis diligit me sermonē meū ser-  
uabit. Et pater meus diliget eū et ad eū  
veniemus et mansionem apud eū facie-  
mus. Cuius hō cor op̄s deus p̄ suam  
p̄ntiam sic visitat. illius mentem diu-  
nus amor inflammat et exclusis oibz  
cupiditatibus feruens caritas dei oīa  
interiora anime occupat. et p̄ suam di-  
lectionē dilatat. Talis vero p̄ amorem  
dei sic dilatarus videt deū qd̄ p̄tingit  
cum deus qui spiritus est visitans ani-  
mam principaliter adesse sentit et in-  
telligit. Unde dicit beatus hier. Oculis  
meis intelligentia mea. Videre ergo  
deum dicimur. cū eius p̄ntiam in aīa  
p̄ intellectū vtrūqz percipimus et senti-  
mus. Cum ergo sentis grām cognosce  
dei p̄ntiam. nam put dicit beatus greg.  
**Q**ui mente integra deū desiderat. p̄fe-  
cto iam habet quem amat. Neqz enim  
quisqz posset deum diligere si eū quez  
diligere non haberet. hxc greg. Anima  
vero p̄ grām sibi infusam sentiens ad  
esse p̄ntiam sui creatoris. suū intuitus  
et totum affectum dirigit in ipsum su-  
per oīa amando. In quo aut talis lati-  
tudo caritatis est fortiter currit viam  
mandatorum dei. Un̄ dicit ps̄. Quā man-  
datoꝝ tuozum cucurri cū dilatasti cor  
meū. Ad hanc latitudinē cordis habē-  
dam hortat dñs per ps̄ dicens. Dila-  
ta os tuū et implebo illud ac si dicat.  
**E**xtende et dilata per desideriuū sanctū  
ostiuū cordis vīz et ego implebo illud  
multiplici dono spūs mei. Aīa hō de-  
uota que sic a dño visitat habens et p̄ti-  
nens illum in seipm̄ intruet p̄templa-  
tionem amplectat p̄ dilectionem de-  
osculat per deuotionē. De hoc richard.  
de sancto victore in. iij. libro contem-  
plationum sic ait. Deus auditur vide-  
licet ab anima per reuelationem videf

per p̄templationem deosculat per de-  
uotionem astringit per dulcedinis sue  
infusionem. Audif p̄ reuelationem do-  
nec voce eius paulatim inualescere to-  
ta p̄strepentiū tumultuatio solaqz illi-  
us vox audiat donec oīs illa randē tur-  
bulantiū turba dispeat. solusqz cū  
sola remaneat et solū sola p̄ p̄templati-  
onem aspiciat et p̄ p̄templationē vide-  
at donec ad solite visionis aspectū pul-  
critudinis admirationē paulatim aīa  
incalescat. ac randē aliquā tota incan-  
descat. donec ad verā puritatē internā  
qz pulcritudinem tota reformet et ille  
interne habitationis thalamus vndi-  
qz virtutibus adornetur. Tandem ali-  
quando adornato thalamo et intro ex-  
istente dilecto fiducia iam inualescen-  
te desiderioqz perurgente. cū se vlteri-  
us cohibere non valet. subito in oscula  
ruit et impressis labijs intime deuotio-  
nis oscula figat. p̄ deuotionē sepe et mul-  
tiformiter deosculat. dum interim cubi-  
culum sternit. donec intimus anime  
finis ad summā pacem et tranquillita-  
tem p̄ponat. Donec randē dilecto in-  
ter vbera collocato ad ineffabilem quā-  
dam diuine dulcedinis infusionem in-  
illius desideriuū liquecat. et spūs ille  
qui domino adhaeret vnus spūs fiat. pu-  
to qz experita tanta dulcedine cum in-  
tima suauitate de cetero iam nō possit  
aīa illa pulsanti dilecto aliquas mo-  
lestias innectere. vel illa expectatione  
fatigare p̄sertim cum sibiqz omnis  
mora nimis longa sit et expectatio vici-  
tur onerosa. Deinceps vt arbitroz ad  
habitationis sue introitum libēter ob-  
seruabit vt ad dilecti sui susceptionē  
semper parata sit. Sed quis iam pa-  
rata sit. tunc temporis huiusmodi ad-  
uentem suscipere nescit si et eque pa-  
rata sit et expedita vocanti occurrere.  
**P**uto enim non esse eiusdem facul-

tatis suscipere venientem et sequi vocantem. Aliud est cum ipso introire. atque aliud est exire ibi anima ad seipsum reverti et cum dilecto suo usque ad intima cordis sui penetralia ingredi. hic extra semetipsam et ad sublimia preplananda subleuat. Quid namque est eius introire nisi se totam in seipsum colligere. quid vero est eius exire. nisi seipsum extra semetipsam totam effundere. Nihil itaque aliud est animam cum dilecto suo in cubiculum introire et sola cum solo mortari dulcedineque profui. nisi exteriorum omnium obliuisci et in eius dilectione summe et intime delectari. se solam cum dilecto videt. quam exteriorum omnium oblita expressa consideratione in dilecti sui dilectione desiderium suum purget et ex his que in intimis suis considerat animam suam in eius amore affectum inflammat et tam ex malorum quam bonorum suorum consideratione in gratiarum actum assurgit. hinc per impensa gratia et hic per indulgentiam intime devotionis victimas exolvit. usque in intimum dilectus perducit. et in optimo collocat quam ex intimo affectu et super omnia diligit. Cogita quid sit quod in vita tua ardentius dilexisti. anxius cupisti. quod te iocundius afficiebat. ceterisque omnibus profundius delectabat. Considera ergo si eandem affectionis delectationisque abundantiam sentias. quam in summi dilectionis desiderium inardescis quam in eius dilectione requiescis. Cui dubium sit quod intimum illum affectionis tue finem necdum teneat. si intime dilectionis aculeus animam tuam in divinis affectibus minus penetrat. tepidius exagitat quam in alienis affectibus aliquando penetrare vel exagitare solebat. Sed si tantam persusum vel forsitan validiore dilectionis vel delectationis violentiam in intimis tuis circa divina profunderis quam alio vnde exprimitur fueris vide adhuc si forte aliquid

aliud sit in quo delectari vel consolari possis. Certe quod diu possumus ex aliena qualicumque consolatione vel iocunditatem percipere. nondum audeo dicere eum intimum ardentissimi amoris finem tenere. **Sarage. festina. traxeris adhuc ad interiora tua et secretiora cordis tui penetralia quecumque eiusmodi omnia es.** Certe si alienam aliquam consolationem queris vel recipis. deum tuum quibus forsasse summe nondum alio tam singulariter diligis. Nondum ergo in intimum perducis. nondum in optimo collocas. Si ergo non satagis introducere eum ad intima tua. quomodo credam te posse sequi eum ad sublimia sua. Certum ergo signum tibi sit quecumque es anima quod dilectum tuum minus diligis. vel ab illo minus diligis. si ad theoreticos illos excessus non dum vocari vel vocante sequi nondum merueris. **he rich. X** Secundus modus siue species contemplationis agit mentis subleuatione. mens enim presentia sui creatoris visitata. et ex eius amore dilatata. propter ferventem caritatem dei quam in se sentit ultra non valens se continere interiori ac spiritali intuitu sursum se librat. desiderans illum videre a quo tam dulciter visitatur ac consolatur. cum vero mens siue anima sic sursum elevata per ferventem amorem christo inhaerit. incipit inter brachia eius aliquo modo consopiri. ut non solum delectabiliter sed et tenaciter deo inhaereat. et quasi vi abstracta ab omnium visibilium sensu et memoria. sic tamen ut non plene suimet oblita. nec tamen vere propositus sit sui. Juxta illud cantu. **Ego dormio et cor meum vigilat.** Est enim talis iste somnus illorum qui incipiunt dormire. et tamen non vident si bi ea que circa se sunt aliquo modo sentire et intelligere. sed pro sopore non advertunt. Sic amor dei cum intelligentia conditus inebriat mentem et ab exte

rioribus abstractam suavitute deo con-  
glutinat et coniungit. et quanto amor vel me-  
tior et intelligentia lucidior. tanto va-  
lidius mentem in serapit quousque tandem  
omnem que sub deo sunt abijcit. ut in solo  
diuine contemplationis radio libere figu-  
instigare. **H**ec & similia valent ad gratiam cōtemplatiōis p̄ negligentiā amissam reformare. **D**e hoc rich. de sanc. vict. sic dicit. **N**otandū q̄ ille qui ad gratiā cōtemplatiōis p̄ficiū cum eas sibi ultra solitus subtrahi sentit & quid facere debeat. **U**n̄ ad eā recuperandam multū p̄ omnē modū adiuuari valeat & nō aīm suū in id negotij cōtū in se ē ydoneus efficiat. **D**ebet itaq̄ animus qui h̄mōi est p̄p̄t̄s meditatiōibus cordis in se exultatiōis reparare. & impensa sibi diuinor̄ b̄n̄ficior̄ munera an̄ recordatiōis sue oculos reuocare. & ex hui⁹ modi recordatiōe seip̄m ad p̄fundam & deuotā gratiā actōis instigare. & aliq̄ illud internuz tandem sp̄ualis armonie organū ex itimo affectu in diuinas laudes relaxare. **D**ū itaq̄ h̄mōi suo dio intima cordis affectio ī diuine cōfessionis magnificentia plena deuotiōne resoluitur quid aliud q̄ quoddam vt ita dicā spiraculū ap̄itur p̄ quod in illud cordis nostrū vasculū celestis dulcedinis emanatiō diuineq̄ suauitatis habundancia infunditur. **H**inc est q̄ heliseus p̄p̄ta verba d̄ni requisit⁹ cū sensisset sp̄m p̄p̄cie tunc ip̄s nō habere. fecit sibi psalten adducere quo p̄sente atq̄ psallente statim sp̄m p̄p̄cie cū hausit. osq̄ suū ad v̄ba p̄p̄tica relaxauit. **A**uditaq̄ melodia p̄p̄te facti quid aliud q̄ quandā scalā facit q̄ eū ad p̄suetā gaudia leuauit. & que carnalibus causa ruine esse solet huic occasio ascensiōis extitit. **S**ed & tu que cūq̄ es o aīa que soles h̄mōi spiritalibus delicijs affluere & delectatiōe sepe ad theozicos quosdam excessus subitaneo quodā & inopinato gaudiorum tripudio subleuari. & quasi quibusdā p̄p̄ticijs reuelationib⁹ diuinitus subleuari. p̄p̄tico disce exēplo. qd̄ tu facere debeas. vt sub necessitatis articulo



lo quasi ad manū habeas quo aīn tuū ad assuetas dīlicias reparare valeas forte non erit inutile et te sub simili necessitate psaltē adducere. Sed quid aliud dicimus psalten istū q̄ exultationem cordis in deū. Cuiusmōi psalten p̄ntes habere nos voluit. qui dixit **L**etamini in dño et exultate iusti. Quid est autē huiusmōi psaltē adducere nisi p̄ uita meditatōe cordis exultatōz reparare et ex diuinorū recordatione cordis deuotōez excitare. **H**unc tūc p̄culdubio psalten psallere facimus. q̄n ex magno tripudio cordis ī diuina p̄comia iubilamus. et in grāp̄actionē assurgētes ex intimis uisceribz in diuinas laudes cū magno cordis clamore resonamus. **H**ec itaqz agentes quid aliud q̄ uiam sterminus. p̄ quā ueniētes uisitātemqz nos dñm excipiamus. **S**acrificiuz iquit laudis hono rificabit me. et illic iter parabo quo ostendaz illi salutare dī. **P**sallēdo itaqz et laudādo iter domio paraf p̄ quod ad nos uenire et miris quibusdā misteriorū suorū reuelatōibz reuelare dignes. **S**tudeamus ergo cū magna mētis alacritate ī dño gaudere. **S**atagamus corā ipso cū intima deuotōne psallere. **A**d huiusmōi psalmodiā spiritalēqz armoniā aīa p̄tēplatiua spiritalibz theorijis assuetata incipit tripudare. et p̄ gaudij nimitate se a terra terrenisqz omibz suspendere et ad celestiuū p̄tēplatoz tota mētis alienatione transire. **H**oc igitur ē ut diximus quod ad mentis eleuatōz ualet hoc est qd̄ ad amisse gracie recuperōnem maxie ualere solz. **H**ec rich **B** Est et alius modus p̄ quē grā amissa recuperari potest uicē p̄pūctio q̄ de deuoto corde p̄cedit. nam sancti et deuoti uiri cū dulcedine spiritali. quā ex uisitacione et p̄sencia domini ī suis cordibus p̄ceperūt p̄dunt et post

modū eadem grā et p̄solatōe priuatos esse p̄senserint p̄ lacrimosaz p̄pūctio nem cristū dñm et suū dilectū ad se iturū uisitādum reuocare studēt. **H**ec p̄memorat beatus ber. sup̄ cantica ita dicens. **S**i cui uestru cū sancto p̄p̄ta adherere deo bonum est et ut loquar manifestius. si quis in uobis ira est desiderij uirtut cupiat dissolui et esse cum cristo. cupiat autē uelēmēter. ardentē fieri. assidue meditetur. **I**s p̄fecto nō secus q̄ in forma sponsi suscipiet uerbum in t̄p̄e uisitacionis horā uidelicet qua se astringi intus q̄busdā brachij sapiencie atqz inde sibi infundi senserit sancti suauitatez amoris. **S**i quid desiderij cordis eius tribuet ei. et si adhuc p̄egrināti in corpe ex parte tñ idqz ad tempus et tēpus modicū. naz cū uigilijs et obseruatōibz et multo ymbre lacrimarū questus fuerit. subito cū teneri putat elabitur et rursus lacrimanti et insectanti als affectari occurrens p̄prehēdi patit. sed minie teneri **D**um subito iterū quasi e manibus euolat et dū insteterit p̄cibus et fletibus deuota anima. de nouo reuertet. et uoluntate labiozū eius non fraudabit eū. et rursus mox dispārebit et nō uidebit nisi iterū toto desiderio requirat. **T**ra ergo et ī hoc corpe potest esse de p̄ficia sponsi frequens letitia. sed non copia que et h̄ uisitō letificat. s̄ molestiat uicissitudo et hoc tādū necesse ē pati dilectionez donec semel deposita corpee sarcine molis euolet et ipsa leuata peninis desideriorū suorū libere iter capēs p̄ campos p̄tēplatois et mēte sequēs expedita dilectuz quocūqz ierit. **N**ec tamē uel in trāsitu p̄esto erit sic omni anime nisi illi dumtaxat quā ingeris deuotio et desiderium uelēmēns et p̄dulcis affectus sponsaz p̄bat et dignā ad quam graciā uisitandi accessurum

verbum decorē induat. formā sponsi accipiens. Qui em̄ nondum inueniē ita affectus et punctus magis actuus suoz recordatōe loquens in amaritudine anime sue dic̄ deo noli me p̄demnare. Et etiā forte adhuc piculose tēpratur. aut p̄pria p̄cupiscentia abstractus et illectus. **D**icit talis sponsum nō requirit sed medicū et p̄ hoc nō oscula quidē non amplexus sed t̄m̄ remedia vulneribz accipiet suis i oleo vtrigv̄n guentis. **h**ec ber. **E** Notandum etiā q̄ gr̄a p̄templatōis seu deuotiōis vel alia quecūq̄ sine labore et sollicitudine haberi nō potest. teste beato aug. qui sic d̄r. **I**mpossibile est ad gr̄am p̄uenire sine sollicitudine et labore. vñ qui vult deo p̄templatōz seu deuotiōnem ac orationē deuotā adhx̄rere. oportet vt cum labore mentis euagacōnes reprimat et ad deum colligat et deinceps ex studio et vsu tali ac p̄suetudine facilius cor suū iā cob̄rere et secuz habitare discit. int̄m̄ q̄ non solum facilius et delectabiliter valet deo adhx̄rere vt auulsus ab hm̄ōi q̄ete fit ei de solatio non modica. sed semper velle si posset talibus delicijs habundare. **D** Sed et hoc norandū q̄. iij. sunt que impediunt p̄templationē. **U**ñ d̄r bea. ber. sup̄ can. **I**n hoc archano p̄templatōis et in hoc sanctuariū dei si quē nostrā aliqua hora sic rapi et sic abscondi p̄rigerit. vt minime auocet aut perturbet vel sensus egens vel cura p̄ugēs vel culpa mordēs vel certe ea que difficilius amouent irruentia ymaginuz corporeaz fantasmata. poterit quidem hic cū ad nos redierit gloriari et dicere. **I**ntroduxit me rex in cubiculū suū. **E**t aut̄ hęc impedimenta melius intelligamus de hoc videamus. **P**rimū igit̄ impedimentū d̄r qd̄ est sensus egens scz corpis in t̄m̄ anima ad

corpus afficit q̄ eo in aliqua sui parte vel sensuum defectū notabilē patiente p̄templari non delectat. tpe em̄ i h̄rimitatis non est locus p̄templatōis nisi si dñs hoc fecerit de gratia sp̄ali. **S**imile p̄ringit cū valida fames vel sitis vel frigus im̄inere vel aliud corpis impedimentū. **S**ecundū impedimentū d̄r qd̄ est cura pungens id est sollicitudo curaz et occupatōnū. **U**ñ idē beatus bernardus dicit. **S**icut puluis iniectus in oculum corpale impedit visum eius. sic cura terrenoz actū oculuz intelligencie p̄fundit. ac p̄templationē veri luminis excludit. **T**ercium impedimentū dicit qd̄ est culpa mordēs id est peccatū. **E**t hoc duobz modis p̄ringere potest. **P**rimū cū peccatū est in aīa. **S**ecundo cū fuit et deletum est p̄p̄ritionē et p̄fessionē sed i memoriā reuocat vtz q̄ em̄ impedit p̄templationē. qz sicut tenebre impediunt visum corpale. sic peccatū cū est in aīa impedit ipsam. qz sic tenebrosa est sed ad p̄templationē requirit puritas et pulchritudo aīe et sic tunc nō est locus p̄templatōis. **S**imiliter sic sanguis et humor p̄tentus fluens in oculū impedit visum eius. sic peccatū nō si redit in memoriā influit in aīam et impedit visum eius. **E**t p̄pterea cauere debemus tpe p̄templatōis cogitare super peccatis. oī quidez tpe nos debemus nos reputare peccatores. sed sp̄aliter nō debemus cogitatōnē nr̄am reflectere super aliquo peccato. tempore quo volumus p̄templari. **Q**uartū impedimentū dicit qd̄ sunt fantasmata corporeaz ymaginum et hoc est difficilius sup̄radictis alijs. **E**t p̄pterea p̄mē datur in hoc statu solitudo. **O**portet em̄ p̄templantem esse mutū surdum et cecum v̄videns nō videat audiens nō intelligat nec loqui delectet. nisi quā

do necessitas ad hoc cogit. non secum  
reporret ymagines q̄ p̄ has fenestras  
intraant ad animā nostrā. **U**n̄ nō sic in  
heredas exterioribz rebus volūtate vel  
dilectōe. vt inde reporretes ymagines.  
ne postea vacans deo impediatis.

**E**t sciendū q̄ p̄templator q̄uis  
soli deo vacare debeat ac cetera obmit  
tere hoc scire debemus vt esse nō sem  
per. nā tribz ex causis iocunda p̄tēpla  
tione se ad tps sepat et se recipit in vi  
tam actiuā. **U**na causa est p̄pter lucrū  
animay. **U**n̄ beatus bern̄. Sciens bo  
na sponsa voluntatē sponsi zelantis a  
mimay salutē exit ad tps vicz cū est ne  
cessariū ad ipsam opandā et postea re  
dit ad p̄tēplationē. **S**ecunda cau  
sa intermittende p̄tēplationis est cum  
talibus intermissio agit rōe im̄inentis  
officij. nam cū p̄relatus subditorū ne  
cessitatibz intendere habet. obmittit  
tunc p̄tēplatorz similiter et subditus  
cū p̄relatum suū iubetur in aliquibz  
transitorijs rebus occupari. p̄pter quē  
bona debet p̄pter obedienciam illo tpe  
postponere p̄tēplationē. **T**ercia cau  
sa intermittende p̄tēplationis est quā  
do more suo recedente sponso non fen  
tit anima solitas p̄solatōes. vadit em̄  
et redit sponsus p̄ suo velle. cū em̄ re  
cedit aīa languet ex desiderio ipsius et  
toto conatu reuocat eum dicens. **R**e  
uertere dilecte mi nec tunc redit inuo  
cat angelos in auxiliū suū et dicit.  
**A**diuro vos filie ierusalē vt annuncie  
tis dilecto. qz amore languet. **S**ivo  
nec sic redire dignat aīa sciens volū  
tatem sponsi reducit se in actiuā vitay  
vt sic fructificet sponso. **N**on em̄  
debet p̄templatorē esse desidiosum.  
**U**nde religiosus quisqz cum gratiam  
p̄tēplationis v̄l deuotōis senserit sibi  
deesse in bonis opibz actiue vite se ex  
erceat ac p̄seueret tam diu quousqz

minovisitante gratia cōtemplatiōis  
iterum ad mentem redeat. **D**e hoc be  
atus ber. super cant. sic ait. **E**x bonis  
opibz recipit p̄solatōnē mens assuetā  
quietis. quociens sibi lux vt affolet cō  
templatiōis subtrahitur. **Q**uis em̄ nō  
dico p̄tinue sed vel diu dū in corpe ma  
net lumine contemplatiōis fruatur.  
**A**c quotiēs corruir p̄tēplatiua. toctēs  
in actiuam se recipit inde mimirū tam  
q̄ evicino familiaris reditura i id ip  
sum quoniam sunt inuicem p̄ubernas  
les et cobabitant hē due p̄iter. **E**st q̄p̄  
pe soroz marie martha. **N**eqz enim et  
si a p̄tēplatiōis lumine cadit patitur  
tam vllatenus se incidere in tenebras  
peccati seu ignauiam oclj sane in lumī  
ne opationis se retinens. **D**ec bern̄.  
**B**eatus etiā gre. x. libro mora. de hoc  
sic dicit. **S**ciendū est qz nonnulla bo  
na sunt ad que indefesse p̄fici scimur et  
rursus nonnulla sunt a quibus quo  
tidie deficientes labimur. atqz ad hoc  
magnis conatibz p̄ interualla tempo  
rum reformamur. **I**n actiua etenim  
vita defectu mens figitur. a p̄tēplati  
tiua autē infirmitatis sue pondere vi  
ta lassatur. **Q**uod bene ezechiel ī sinu  
at narrans motus animalium sic di  
cens. **N**on reuertebantur cum incede  
rent. **E**t paulo post animalia ibant et re  
uertebantur. **S**ancta quippe animalia  
aliquando vadunt et minime redeūt et  
aliquando vadunt et protinus reuertū  
tur. qz electorum mentes per oblatam  
sibi actiue gratiam erroris viam dese  
runt. **C**um vero per p̄tēplatiōis acies  
et ab hac se eadem vita actiua suspē  
dunt eunt et redeunt. qz per hoc q̄ diu  
persistere minime i p̄tēplatione suf  
ficiunt. se iterum ad operationem fun  
dunt vt in his que sibi iuxta sunt se ex  
ercenda refoneant. et super se surgere  
iterum contemplando conualescunt.

Sed dū hęc eadem p̄tēplatio more de  
bīto post tempoz̄ interualla reperit̄ in  
definēter. p̄culdubio in eius soliditate  
p̄ficiat̄. q̄z̄ si infirmitatis sue pon  
dere sup̄ara mens deficit. hanc tamen  
iterū p̄tinuis conatibz̄ repata p̄prehē  
dit nec stabilitatē in ea p̄didisse dicē  
da est a qua si semp̄ deficit hanc et cū  
p̄diderit semp̄ inquit. hęc Gregori?

**F** Debet ergo quilibz̄ religiosus  
nūq̄ vacare ocio sed semper in bonis  
opibus se exercere videlicet p̄tēplādo  
aut orando meditādo legendo studen  
do vel scribendo vel aliquē laborē fruc  
tuosuz̄ exercēdo. Sed sunt nōnulli in  
sancta religione. qui postq̄ horas ad  
quas tenēt̄ p̄pleuerit̄. q̄s eē satis neg  
ligēter et distracta mente p̄ficiunt resi  
duam p̄tē diei totā inuuliter expēdūt  
vacando colloquēdo ociosis et scurrili  
bus aut alijs leuitaribz̄ aut seculi vani  
tatibus. h̄y tales multū sunt reprehē  
sibiles. Unde bea. ber. vñūquēqz̄ fide  
lem ac seruū xp̄i hortatur ad spiritua  
lia exercicia ita dicens. Nulluz̄ vñq̄  
seruū dei inueniat nō dico dies s̄z̄ nec  
hora nisi vñ i exerciciū labore occupatū  
vel p̄ficiendi studio vel i exp̄iencie dul  
cedine vel fruendi gaudio. hęc bernaz.  
Et sic habemus de p̄tēplatiōe q̄ virtū  
nobilissima p̄inet tercio loco ad vi  
ros p̄fectos vt sup̄ius p̄missuz̄ est. Nā  
q̄to quisqz̄ in vita religiosa ac virtuo  
sa fuerit p̄fectioz̄. tāto magis p̄tēplati  
onis erit seruētioz̄ et ad speculādūz̄ di  
uina abilioz̄ et exp̄ditioz̄. **E**t  
notādum put̄ dicit thomas de aquino  
q̄ triplex est p̄fectio. vna assoluta que  
attendit̄ sc̄dm̄ totalitatē diligentis  
et diligibilis et p̄fectio hęc nō est possi  
bilis alicui creature pure. Vñ hęc p̄fec  
tio p̄perit̄ soli deo qui se totū totuz̄ dil  
igit. Secūda p̄fectio attendit̄ secun  
dum totalitatē ex p̄te solius diligentis

fm̄ totuz̄ suū posse semp̄ actualiter tē  
dit in p̄m̄ deū. et talis p̄fectio nō est  
possibilis in via sed habetur in patria  
Tercia p̄fectio est q̄ n̄ attendit̄ s̄z̄ totali  
tatē diligentis nec fm̄ totalitatez̄ dili  
gibilis q̄tuz̄ ad hoc q̄ semper actu se  
ratur in deum. sed quantū ad hoc q̄ ex  
cludantur ea que repugnant mori di  
lectōis in deuz̄ sicut dicit beatus aug.  
q̄ venenū caritatis est cupiditas et tal  
p̄fectio potest haberi in via et vira ista.  
et hoc dupliciter. Vno modo quantū  
ab affectu hominis excluditur omne id  
quod cōtrariatur caritati sicut est pec  
carum mortale sine tali p̄fectōe cari  
tas esse non potest. Unde talis p̄fectio  
est de necessitate salutis. Alio mō po  
test haberi p̄fectio in quantum ab af  
fectu hominis excluditur non solum  
id quod est caritati p̄trarium sed etiā  
omne id quod impedit ne affectus mē  
tis totaliter dirigatur in deuz̄. hęc tho  
mas. Unde p̄fecti viri vt suuz̄ amorē  
et affectum possint expedicius dirige  
re in deum etiā a peccatis leuibz̄ seu  
venialibz̄ q̄tum possibilitas admittē  
bat seipos retrahēbat. De hac p̄fectōe  
in q̄dā glo. sic d̄. P̄fectio virtutū ē ad  
hūc statū aī p̄scendere. q̄ gratiā p̄dito  
ris vel i modico timeamus offendere  
nihil eius memorie p̄ponētes. p̄fectio  
igit̄ virtutū est in hac vita vt caste time  
amus deū. finis virtutū erit in futuro vt  
diuicias p̄missas hereditatis et regni  
celestis gloriā et vitā p̄cipiamus. hęc  
glo. Vñ fm̄ dictū bea. ambro. Nihil a  
liud q̄rit p̄fectus nisi solū et p̄fectū bo  
nū qd̄ est deus. Et p̄fectus cristi suus  
vt d̄t bea. iheromi. nihil p̄ter cristū ha  
bet. ac si qd̄ p̄ter cristū h̄z̄ n̄ ē p̄fectus  
cū se p̄fectū deo pollicitus sit mēritus  
ē. hęc iher. Et q̄z̄ q̄libz̄ eligios? sub obe  
diētia p̄lati p̄stitit? tenet̄ i q̄tū v̄z̄ la  
borare ad p̄fectōz̄ iō nos q̄ ad hoc habi

toz religionis accepimus ad hoc toto  
 conamine tēdamus. vt sic psoluam?  
 vora nostra que distinxerunt labia no  
 stra. nō em̄ pfectionē sed conatum ad  
 perfectōz pmisimus et ideo qui ad con  
 natum fecerit qd potuerit videri vti  
 sui transgressionē euasisse. Cū autē co  
 natus que pmisimus tēdat ad perfec  
 tionē videamus in quo p̄sistat pfectio  
 vt et sic agnoscamus in quo statu no  
 stez conat? sit p̄pletus. **P**rop  
 ter hoc sciendū q̄ iuxta diuisionē aliā  
 duplex est pfectio. vna intentōis siue  
 p̄gressionis. alia est termini p̄uencio  
 nis. **P**rima est q̄ pfectio cū auida de  
 uotione semp̄lterius p̄cedimus nō  
 contenti q̄tumcūq̄ iā p̄fecimus. **T**a  
 lis conatus p̄ficiendi quantum est de  
 affectōe et intentōe et cū poterit ab opa  
 cione nunq̄ cessat nobis p̄ p̄fectōe  
 reputatur. **E**t hoc innuit nobis i gen̄.  
 cū d̄r. **A**mbula corā me et esto p̄fectus  
**A**c si dicat deus. **A**mbula corā me id  
 est p̄fice et hoc tibi p̄ p̄fectione reputa  
 tur. **A**mbulare p̄ur d̄r beatus bern̄. p̄fi  
 cere est. h̄c ap̄l̄us dicit. **N**ō arbitroz  
 me p̄prehendisse scz p̄fectōz. **S**ed qd  
 vnum est necessariū que retro sunt ob  
 litus ad ea que priora sunt me exten  
 dens. **A**c si dicat licet nō iudicē me p̄  
 sectū p̄fectōe termini ad eandē t̄m̄ per  
 fectionē conabor et talis conatus p̄fec  
 tio iudicaf. **E**t ideo sequit̄ quotquot  
 aut̄ p̄fecti sumus id ipsū sentiamus  
**E**cce in hoc verbo sumus alijs se cōnu  
 merans d̄r se iā p̄fectuz ergo solo co  
 natu que iā non longe supra p̄mit̄ ar  
 bitratus est se p̄fectionē nōdū app̄h  
 endisse. **Q**uod exponens beatus ber.  
 dicit. **I**n verbo isto manifeste ap̄lo di  
 cente declarat q̄ p̄fecta eoz que t̄ro  
 sunt obliuio et p̄fecta in anteriora ex  
 tensio ipsa est iusti hoīs in hac vita per  
 fectione. **H**inc itēz beatus ber. d̄r. **I**nter

fessum p̄ficiendi studiū iugis conatos  
 p̄fectō iudicatur. **D**e hoc etiā leo pa  
 pa sic ait. **H**ec ē p̄fectoz vera iustitia  
 vt nunq̄ p̄sumant se esse perfectos  
 nedum ab itineris nondūz finiti iten  
 tione cessantes ibi incidant deficien  
 di periculū. vbi p̄ficiendi deposuerūt  
 appetitum quia nemo itaz p̄fectus aut  
 sanctus est vt perfectior sanctiorq̄ eē  
 non possit ideo omnes simul sine dis  
 ferentia graduum sine discretōne me  
 ritoz ab his in quem p̄uenimus ad ea  
 que nondū app̄hendimus pia auidi  
 tate curramus. **H**ec leo pap̄. **T**am  
 q̄tumcūq̄ ac vbiq̄q̄ lassari vel atte  
 diati desistimus p̄ficere. ibi necessa  
 rio deficiamus. **U**nde dicit beatus ber  
 nardus. **M**onachz non vis p̄ficere  
 ergo vis deficere. **D**icit etiā beatus  
 augustinus. **S**emper displiceat tibi qd es  
 si vis p̄uenire ad id quod nōdū es  
 nam vbi tibi placuisti remansisti. **S**i  
 autem dixeris sufficit peristi. **S**emper  
 adde. **S**emper ambula. **S**emper p̄fice  
 noli in via remanere. noli retro redire  
 noli deuiare. **R**emanet qui non p̄ficit  
 retro redit q̄ ad ea reuolu it vñ iā ces  
 serat deuiat q̄ ap̄statat. **H**ec aug. **U**nd  
 iacob patriarcha videt scalā attingē  
 tē celos et in ea angelos d̄scendentes  
 et ascendentes nullūq̄ ibi subsistentē  
 vel etiā residentē q̄tū palā dare itel  
 ligi inter p̄fectū et defectū in hac vita  
 nullū mediū inueniri. **S**ed quō corp?  
 n̄m crescere p̄stat aut deficere sic op̄z  
 ter sp̄m̄ n̄m filr aut p̄ficere aut deficere  
**E**t iō ne deficiam? op̄zret nos  
 p̄tinue ad bonū conari. **C**ur aut tal' con  
 nat? ad p̄fectōz p̄sequēdā p̄ p̄fectōe im  
 mo p̄fectō reputet rō est. qz tal' conat?  
 maximi desiderij iudicij est. nullus  
 em̄ tam in defesso labore p̄tinuo possit  
 conari nisi maximū desiderium ipsuz  
 impelleret ad conanduz. **Q**ui aut̄ vete

menti desiderio ad habendū aliquid  
estuat hoc iaz habet. hxc pbari possūt  
p auctoritates sanctorū. De primo eī  
bea. aug. sic dicit. Non quid sis sed quid  
esse desideras attendit deus si tū in q̄  
tum potes satagis ut qd nōdū es me  
rearis. Et ait bea. bern. Sunt multi q̄  
totā vitā tendunt ad pfectōz sed nūq̄  
tū p̄tendunt quibz tū si pie p̄seueraue  
rūt statū cum de corpore exeunt redditur  
qd in hac vitā dispensatōe est negatū  
illuc pducēte eos sola gratia quo p̄t  
tendebant ip̄i cum gratia. hxc berna.  
Ex quibz verbis colligere possumus  
q̄ p̄tinuus conatus ad pfectōz reputa  
tur hōi perfectio. **R** Consideran  
dum etiā q̄ p̄fectivirivt dñm seq̄va  
leant viam artā et angustam sequunt.  
De qua veritas in euange. dicit. Angu  
sta est via que ducit ad vitam. Quod  
beatus gre. exponens. xxv. mo. sic dicit  
An non quasi quedam angustā via est  
itineris in hoc quidez mundo vivere  
sed de huius mundi p̄cupiscētia nihil  
habere aliena non appetere p̄pria non  
tenere laudes mundi despiciere et p̄ dō  
obprobriū amare. gloriā fugere. de  
spectum sequi. adulātes despiciere. ho  
norare despicientes mala nocentium  
ex corde dimittere. et erga eos dilec  
tionis gratiā immobilem in corde re  
tinere. Que vie q̄tū in p̄nī vitā p̄ ip̄a  
viuendi custodia anguste sunt. tanto  
amplius in eterna retributōe dilatan  
tur. hxc greg. Et s̄m beatum augu. An  
gustam et artā cristianoꝝ viā due res  
faciunt. p̄temptus voluptatū et tolerā  
cia passionū. Quisquis p̄sigerit hxc  
duo vincat et vicit mundum. Si vis v̄  
trare p̄ angustam portā claude portāz  
cupiditatis et timoris. **U**n duplicem  
aciem pducit mūdus p̄tra milites cri  
sti. blandit em̄ ut decipiat terret ut frā  
gat. Non nos teneat voluntas p̄pria n̄

nos terreat crudelitas aliena et victus  
est mundus. hxc aug. Et quis hxc via  
que dicitur laboriosa esse videat tū ve  
ris p̄fectis et in amore dei feruentibz  
nō est difficilis sed potius desidiōsis.  
**U**n cris. sup illo verbo. **A**tra est via sic  
dicit. Si quis viam que ducit ad vitā  
laboriosam existimet sue desidie ipu  
tet n̄ vie. Si tū tempestas pelagi nau  
ris. vulnera militibz. frigora et glaci  
es agricol leuia et portabilia sūt. p̄p̄  
spem p̄remij temporalis. multo magis  
cui celū placet nullum debet sentiri pi  
culum. Nullus ergo aspiciat in viam  
q̄ atra sit. sed quo ducit id est ad celūz  
nec aliā aspiciat q̄ lata sit sed quo du  
cit id est ad infernū. hxc Cris. **D**eber  
quiliber homo deuotus et religiosus in  
q̄tū valet dei adiutorio conari ad per  
fectionē et ut hanc assequi possit stude  
at vicia subicere dñi rōis et corp̄ ani  
mo aīz vero deo. p̄ hāc at viā obrine  
tur p̄fectio. De hoc prosper sic dicit.  
**D**omine si vicijs ratio subiciatur cor  
pus aīo et animus deo et impleta est ho  
minis p̄fectio. hxc prosper. **I** **S**  
et hoc notandū q̄ ad culmen p̄fectōis  
nemo peruenire potest nisi per virtutes  
ac bonā opacōz. necesse est ut virtutes  
ip̄e si efficaciter ad statū p̄fectū hōie  
debeant pducere q̄ p̄rineantur et habe  
ant in se q̄tū ex pte hōis vicijs forti  
tudine. rectā intentōz. discretionē ac  
p̄seueraciā finalē. **D**z nāq̄ hō p̄ficiēf  
i virtutibz et volēs p̄uenire ad p̄fectōz p̄  
mo h̄e fortitudinē. fortit em̄ oportet  
eū aggredi viāz salutis viriliter se in  
operibz bonis et virtuosis exercendo et  
nō per negligenciam seu accidias tor  
pescendo. Ad hoc hortatur ps̄ dicens  
**V**iriliter age et p̄fortet cor tuū et susti  
ne dñm. **S**c̄do homo p̄ficiens in vir  
tutibz h̄e debet intencionem rectam.  
ut videlicet bona que facit n̄ propter

vanaz gloriā faciat aut aliquod com  
modū corpale sed simpliciter ad glo  
riam dei ppter salutē aīe sue ac etiā cū  
cordis humilitate illa p̄ficere studeat  
Uñ aplūs . Omnia in gloriā dei faci  
te. Tercio homo totaliter in virtutib⁹  
p̄ficiens habere debet discretionē vt n̄  
excedat mēsurā virtū suarū minis agēs  
do nec etiā minus q̄ vt facultas suppe  
rit virtuosā opa exercendo. Uñ aplūs  
rōnabile fit obsequium vestrū. Quarto  
habere debet p̄seueranciā finalē vt nō  
ppter aliq̄ temptatōz aut tribulatiōz  
vitā derelinquat virtuosā sed p̄stan  
ter in opib⁹ bonis vsq̄ i finē vite deo  
coop̄ate p̄seueret. Uñ ip̄e dñs dicit.  
Qui p̄seuerauerit vsq̄ in finē hic sal  
tus erit. hęc igit. iij. vicz fortitudo. i  
tencio recta. discretio. ac finalis p̄se  
uerancia hōiem virtuosuz ad statū p̄  
fectuz p̄ducere solent ⁊ eterna gloria  
cū omnib⁹ sanctis remunerari. Et sic  
habemus de statu p̄fectoz ac de virtuti  
bus ad eosde⁹ p̄inentib⁹ vicz cordis  
puritate caritate ac p̄templatione ex  
positum atq̄ explanatū **Filius**

**P**ostq̄ instructus sum a te **P**ater  
de statib⁹ incipientiū p̄ficiēs  
tium ⁊ p̄fectoz nunc ergo finaliter de  
morte. ad cuius debitū p̄soluendū nō  
solum p̄fecti sed omnes hōies obliga  
ti noscuntur cupio edoceri.

**Capitulū XIII Pater**

**S**ire debes fili

q̄ triplex est mors. Est itaq̄  
mors aīe quā ipsa incurrit p̄ peccatus  
mortale. Et est mors cū quis moritur  
peccato ⁊ viuif deo. Tercia vō ē mors  
vicz separatio aīe a corpe ad quaz om  
nes generaliter tenentur. sed paucos  
delectat. Et defectus iste n̄ est ex vicio  
mortis sed ex fragilitate humane cō  
dictōis. qz homo diligens corpi⁹ vo  
luptatē cursum b⁹ vite formidat fini  
re. in qua plus est amaritudinis q̄ vo  
luptatis. De hac triplīce morē sic  
dicit beatus ambrosi. Tria sunt morē  
tis genera. Una mors peccati est que  
p̄cio damnatiōis infertur. De q̄ dicit  
Anima que peccauerit ipsa morietur ⁊  
hęc est mala. Secūda est q̄ quis pecca  
to moritur ⁊ deo viuif ⁊ hęc est bona  
Tercia mors est media naz ⁊ bona iu  
stis videt ⁊ plerisq̄ metuēda paucos  
q̄ delectat sed nō hoc mortis est viciū  
sed nostre infirmitatis. qui voluptate  
corpis ⁊ delectatōe vite huius rapim⁹  
⁊ cursum hunc p̄sumare trepidamus  
in quo plus amaritudinis q̄ voluptatis  
est. Quid est em̄ hęc vita que delectat  
plena erumnarū ⁊ sollicitudinū in q̄  
innumere sunt calumpnie ⁊ molestie  
multe ⁊ lacrimę infinite eoz que affli  
guntur molestis. nā i hac vita homo  
in vmbra viuif nec expleri potest cupi  
ditatib⁹ suis ⁊ si expleat diuicijs fruc  
tum quietis amittit. qz cogitur amitt  
tere qd̄ auditate misera queherat. hęc  
ambrosi. De morte etiam corpis q̄ sit  
fructuosā iustis per quendā sic dicitur  
Mors nihil aliud est q̄ exitus de car  
cere. finis exilij. laboris p̄sumatio. ad  
portum applicatō. peregrinatōis finis  
oneris grauissimū idest corpis depositio.  
de furioso equo idest carne descen  
sio. de domo ruinosa liberatio. omnū  
egritudinū terminatio. oīm piculoz  
evasio. oīm maloꝝ p̄sumatio. omnū  
vinculoꝝ disruptio. debilis nature  
dissolutio. reditus ad patriam. ingres  
sus ad gloriā. hęc ille. Unde consi  
derandum prout dicit Beda. q̄ mor  
tem carnis timet omnis homo et mor  
tē aīe pauci formidant. ⁊ laborāt ho  
mines. ne moriantur. exterior homo  
morif ⁊ non vt non moriatur homo i  
terior semp victurus. Dicit ec̄d̄ hoc

beatus aug. Vera mors est quā hoīes  
nō timent ⁊ hęc est sepatō aīe a deo. q̄  
beata vita est animarū. Deber autē qui  
liber fidelis hanc duplicem mortem  
ante oculos mentis frequēter habere.  
q̄ multū valet talis meditatio ad rep̄  
mēdā vitia ⁊ ad terrena desideria cō  
rēnēda. De hoc bea. gre. xij. lib. mo  
fic dr. Qui p̄siderat qualis erit i mor  
te sp̄ fit pavidus in opatōe atq̄ bene i  
oculis sui p̄ditōis viuit nil qd̄ tranfit  
appetit cunctis p̄ntis vite d̄siderijs cō  
tradicit ⁊ pene mortuū se p̄siderat. q̄  
morituz se minime ignorat. Perfec  
ta em̄ vita est mortis ymitatio. quā dū  
iusti sollicitē pagunt. culpaꝝ laqueos  
euadunt. De hoc etiā cassia. sic dicit.  
Si id qd̄ futurus es sedula cogitatōe  
cogitaueris pensaueris ruminatus fu  
eris. credo raro aut nūq̄ peccabis hęc  
cassia. Ad hanc vero fructuosāz medi  
tatōz mortis hortat̄ beatus ber. ita di.  
Filioli mei memorēm nouissima n̄a  
ne peccemus. Nūm̄ hęc recordatō fa  
cit timoratū. timor̄ expellit peccatum  
negligentiā nō admittit. Nouissima  
nostra sunt. mors. iudiciū. gehēna et  
gloria. Quid horribili⁹ morte. Quid  
iudicio terribilius. ⁊ gehenna nihil  
potest inolerabilius cogitari. Quid  
metuet si quis ad ista nō trepidat. nō  
expauescat. nō timore p̄curit. hęc ber.  
Mortis etiā memoria facit hoīez p̄p̄  
nere oīa transitoria ⁊ sollicitū facit eē  
in boni opis executōe. Un̄ beatus ille  
rominus. Facile p̄temit oīa qui sem  
per se cogitat morituz. Bea. etiā gre.  
de hoc sic dr. Valde se sollicitat in bo  
no ope. q̄ sp̄ cogitat de extremo fine.  
Notandū etiā qd̄ deus horam mortis  
voluit nobis eē incognita. vt sp̄ possit  
esse suspecta. Un̄ beatus grego. sic ait  
Ad hoc p̄ditōz noster later voluit finē  
nostꝝ vt dum incerti sumus qm̄ moria

mur sp̄ pati ad mortēz inueniri debē  
mus. beatus aug. de hoc sic ait. Latet  
vltimus dies vt obfuet̄ omnis dies.  
Ideo nāq̄ dñs noster tps̄ exitus suū  
nicuiq̄ nostꝝ voluit esse incertū vt ma  
iori diligētia simus erga nosmetip̄  
sos in vita nostra solliciti quousq̄ est  
in nostra potestate quatenus ad diem  
exitus nostri in bonis nos opibz dño  
nos vocanti occurrere p̄paremus. vt  
penduli expectatōis incerto sp̄ creda  
mus eū esse ventuz quem ignoramus.  
qua hora vel tpe ad nos vocados sit ip̄  
se venturus. hęc augu. **N** Cum  
mors ista sit certa oībz ⁊ hora mortis  
incerta debet unusquisq̄ sic viuere. vt  
illā intrepidus possit expectare. Un̄  
dicit seneca. Certū qd̄ morieris sed in  
certū qm̄. vbi. quō. qd̄ mors vbiq̄ re  
expectat. ⁊ tu si sapiens fueris vbiq̄  
eam expectabis. hęc seneca. Un̄ stultū  
est in tali statu viuere in quo quis non  
audet mori. Sed pro choloꝝ sunt plu  
res qui cū sani sunt tps̄ p̄ns in vanita  
tibus ⁊ peccatis expendunt. Sivo egrit  
tudo aliqua mortē vicinā esse denunci  
ans eos pulsauerit. cum magno deside  
rio sup̄uiuere p̄cupiscūt vt peccata sua  
desleant ac peniteant. qui tam tps̄ vite  
modo acceptū. p̄ nullo reputant. De  
hoc bea. gregorius. Semper fratres ca  
rissimi. extremū diem debemus expa  
uescere. quē nunq̄ possumus p̄reui  
te. Ecce ip̄m hunc diem in quo loqui  
mur ad iducias p̄uersionis accepim⁹  
et tamen mala que fecimus flere recu  
samus. Non solum p̄missa non plan  
gimus sed etiam que desleantur auge  
mus. At si aliqua corporis nos corri  
piat si signa egritudinis vicināz mor  
tez denunciant iducias viuendi que  
rimus. vt peccata nostra desleamus ⁊  
eas coz magno estu desiderij perimus  
quas acceptas mō. p̄ nullo habemus.



Nunc ergo carissimi. sollicitè cogite  
 mus. ne nobis in vanū tpa peant vñd  
 tunc queramus ad bene agendum vere  
 cū iā cogimur d corpe exire. qz igitur  
 momenti suis hore fugiunt agite fra  
 tres vt in bona opis mercede tenean  
 tur. Qui igitur tventure mortis temp  
 ignoramus. et post mortē opari n̄ pos  
 sumus. sup̄est vt ante mortē tpa iou  
 ta rapiamus. Sic em̄ mors ipa cū ve  
 nerit vincit si priusq̄ veniat sp̄ timeat  
 Sed sunt nōnulli qui i peccatis mori  
 talibus iacere nō formidant. et tps pe  
 nitentie differūt vsq̄ ad horā mortis  
 quod valde piculosum est. quō em̄ tal  
 les possunt agere p̄niam. cū omnes po  
 tentie et virtutes ante in illa hora per  
 mortis dolorē grauitur sunt occupate  
 De hoc bea. Aug. sic dicit. Plane nō  
 inueneris mortis i tpe te aliq̄le p̄nias  
 posse facere tunc em̄ omnes potetie a  
 nime et virtutes mortis sunt v̄tētia  
 occupate. destitute quoq̄ sunt oī mo  
 da libertate. hxc Aug. Vñ valde timē  
 dū est qz mala vita hōis raro fortis bo  
 nū finē in extremis. Qd affirmat bea  
 tus Hiero. ita dicens. Qui dū sanus  
 est et iuuenis deū offendere nōn formi  
 dat. in morte nō meretur diuinā obri  
 nere indulgenciā. Que dilectissimi fi  
 lij est p̄niam. quā nō solū quis accipit qz  
 se viuere amplius nō posse cernit. qz si  
 ex infirmitate p̄ualeretur peior q̄ pri  
 us fieret hoc teneo hoc verus puto hoc  
 multiplici exp̄iencia didici. quod ei  
 si bonus est finis cuius semp̄ mala vi  
 ta fuit qz peccare nō timuit sed mun  
 di vanitatibz semp̄ vixit. Vñ psalmi.  
 Hōis peccatorū pessima. hxc Hieroni.  
 Sicut igitur malam vitam sequit mala  
 mors. Ita qui bene vixerit nō p̄t male  
 mori. **S** Festinandum est ergo  
 nobis ad penitentiā agendā et ad bene  
 viuendū. qz vnūquēq̄ in quo inuene

rit suus nouissimus dies cū de hoc se  
 culo migrauerit talis i nouissimo die  
 iudicabitur. De hoc beatus aug. dicit  
 sic **S** homo vide d̄ditōz tuā vides vñ  
 qz sed non times. Nō est inquis sic s̄  
 timeo. **S** miser mentiris plane. Si  
 times quare nō caues. illud potius i  
 me qd si nobis nō erit quid peccare ri  
 me quod si amaueris peccare i alterā  
 prem irrues. quā posses non inuenire  
 si nō amasses peccare. Igitur mori ma  
 le times. viuere male non times. vix  
 bene moritur. qui male vixerit. Corri  
 ge ergo male viuere. time mali mori  
 cum em̄ correxeris male viuere noli ri  
 mere. Nō potest male mori qui bene  
 vixerit. hoc age vt bonā vitāz habeas  
 et quecūq̄ occasio venerit. vt ex eas de  
 corpore hoc exis ad requiē exis ad bea  
 titudinē. que n̄ habet timorē nec finez  
**M**erces em̄ bone vite eterna vita est.  
 Igitur quisquis futurū iudicē times p̄  
 sentem p̄sciam corripe. Vñ quotidie  
 ad penitentiā festinemus semper an  
 te oculos nostros v̄sel vltimus dies  
 et cū diluculo surrexerimus d̄ lucis si  
 presumamus aduentu. nihil em̄ sic re  
 uocat a peccato q̄ frequens mortis  
 meditatio. Vñ q̄ vnusquisq̄ de die no  
 vissimo formidare debet. qualē em̄ v  
 nuūquēq̄ inuenerit suus nouissimus  
 dies cum de seculo hoc egredif. tal in  
 nouissimo die iudicat veruntū bonū  
 opus fiat non timore pene sed amore  
 iusticie. ipsa enim vera et summa liber  
 tas est. Et quidem signū profectus est  
 caritatis als p̄fectus iminucio timō  
 ris signū p̄fectōis nullus timor. Cō  
 summata enim caritas foras mittit ti  
 morē. hxc augustinus. Hugo d̄ sancto  
 victo. exponens illud Beati mortui  
 qui in domino moriuntur. de hoc sic  
 ait. In domino moriuntur qui in car  
 ne quidem morientes in domino tamē

# Lib. III Dist. III. Ca. XIII

viuentes inueniunt. Quid est in dño  
viuere nisi in fide spe ⁊ caritate. Per  
ista em̄ uiuunt in illa uita qua uiuunt in  
dño. Est quedā uita qua corpus uiuit  
ex aīa. ⁊ est quedā uita qua aīa uiuit  
ex teo. nūc quidē fide spe ⁊ dilectōe  
Postea dō p̄ fide ⁊ spe p̄replatōne re  
manente ⁊ dilectōe. Nō ei nocere po  
test aīe si corpus uitā suā pdit qñ ip̄a  
uitā suā in fide spe ⁊ caritate p̄sistens  
nō amittit. Sed d̄t quisquis securus  
potest esse post hanc uitā in incertū p̄  
gens. hoc aut̄ solū incertū esse non d̄z  
qz bonā uitā mala mors sequi nō pōt  
Qui ergo uult bene mori bene uiuat.  
hxc hugo. Cū igit̄ uita bona ⁊ uirtuosa  
nō possit recipere finē malū. necesse est  
ut hō studeat uirtuose ⁊ sancte uiuere  
ut cū fiduria ⁊ hylaritate possit extre  
mū diē expectare. qz nemo mortē gau  
deat suscipit. nisi qui se ad illā dum  
adhuc uiuere p̄ uideat meritū diligēter  
p̄parauit. De hoc be. ber. sic d̄t. Intel  
lige qz uentē mortē nullus letus et  
hylaris suscipit nisi qui se ad ip̄am dū  
uiueret bonis operibz p̄parauit. bona  
em̄ est mors iusti p̄pter requiē. melioz  
p̄pter nouitatē. optia p̄pter securitatē  
Contra mors peccatoz pessima. Ma  
la in amissione mūdi. pezoz in carnis  
⁊ aīe sepatiōe. pessima in uermis ⁊ ig  
nis p̄ritōe. ⁊ qd̄ oīm pessimū est in di  
uine p̄templatōis amissione. hxc bern.  
Etiā de hoc p̄quendā d̄t. Sic in q̄ ui  
ta iugiter disponat ut mors tibi nō as  
mara sed adoptabilis uideat. Un̄ s̄z  
dictū bea. gre. Qui de sua spē ⁊ opaci  
one securus est dño pulsanti p̄festi ap  
it. qz letus iudicē sustinet. ⁊ cū tps p̄  
pinque mortis aduenerit. de gloria re  
tributōis hylarescit hxc gre. Nā qui ⁊  
sāctē uixerit mors illū n̄ terreat. Un̄  
dicit yfidoz. Nec mors te terreat si  
bene ⁊ pie uixeris. nō solum aut̄ talis

mortem nō formidabit sed etiā uere  
mat exoptabit. Un̄ beatus ber. O uita  
secura in pura p̄scia ubi absqz formi  
dine mors expectatur ymmo exoptat  
cū d̄cedine suscipit ⁊ excipit cū d̄no  
tōe. hxc ber. Un̄ p̄fecti uiri qui uitā p̄  
sentē patienter sustinent. mortē uero  
in desiderio h̄nt. Un̄ beatus gre. Per  
fectoꝝ est uitā h̄e in paciēcia ⁊ mor  
tem in desiderio. Sed peccatoꝝ aī  
mīe p̄cognoscentes causam sue dam  
natōis p̄pter peccata prius p̄tracta de  
corpe exire trepidant ac p̄mescunt.  
Un̄ d̄t bea. Iero. in extremo mortis ar  
ticulo p̄renoscit aīa causam damnaci  
ōis sue. quā p̄uidēs a carne exire for  
midat. Nec mirz qz d̄t hyamo. Nul  
la maioꝝ acerbitas cuiuscūqz amaritu  
dis ⁊ dolor q̄ mors ip̄a h̄is in pecca  
to tam miserabiliter morientis. Etiā  
de hoc egippus sic dicit. Nulla ratio  
apprehendere nulla quoqz lingua exp  
mete poterit. quātus horroz ⁊ miseria  
peccatoꝝ uult hanc uitā iminebit.  
Nā s̄m beatus ber. Malum triplex sup  
peccatoꝝ manet. manet em̄ sup eos  
horroz in exitu. dolor in trāsitu. pudor  
in cōspectu glorie magni dei. hxc ber.  
Ex dictis igit̄ colligere possumus qz  
illi mortē timēt qui in peccatis iacet  
⁊ nullum bonum in futuro sp̄ant pre  
sentibusqz radicatus in h̄ent. Illi uo  
qui mundū ⁊ seculi uanitates ac uolup  
tates p̄ cristo contemnunt nec timent  
mortem nec p̄ncipia diligūt. sed potius  
futura desiderant. Nec mirz qz s̄m cri  
so. sup mat̄. Nil dolorosius morte ē  
pioꝝ. Sed e contrario nil dulciꝝ mor  
te obituꝝ iustoꝝ. mors nāqz a malis  
minimū formidat. a iustis autem uir  
expectatur. hxc crisostomus. Unde p̄  
fecti uiri non solum non timent mori  
sed desiderantur dissolui ⁊ esse cū cri  
sto. ex q̄b uiciz bea. Iero. sic d̄t. Tibi

mibi iam foret dulcius q̄ mori in cor-  
 pore. ut in suo sic anima mea saliat cre-  
 atore eiusq̄ foueat solacio ⁊ dulcore.  
 atq̄ iocundet eius beatissimā visione.  
 hec ilxroni. Nec immerito sancti gau-  
 dent de mortis aduentu ⁊ mali pertur-  
 banf. q̄ ut dicit beatus grego. bonis exi-  
 turis de corpore occurrit odor celestis  
 patrie. malis vero fetor gehenne eter-  
 ne. Unde beatus est qui in hoc seculo  
 sic uiuit ut post cursum huius uite cuz  
 fiducia ⁊ gaudenter cora3 deo summo  
 possit assistere. ac in eius uisione eter-  
 naliter delectari ac gaudere. De hoc  
 effrem sic dicit. Beatus qui mente habu-  
 erit die3 exitus sui ante oculos. ⁊ festi-  
 nauerit in illa patens esse ⁊ sine aliquo  
 timore peccati vel p̄tatiōe p̄scie inueniēti  
 Beatus qui inuenierit fiducias in hora  
 exitus sui q̄n anima separatur a corpore  
 Cum magnis fletibz ac doloribz sepa-  
 tur. ueniunt em̄ angeli a sumere eā ⁊ se-  
 rabunt eam a corpore ⁊ p̄ducent eaz an-  
 te tribunal immortalis ⁊ metuēdi iu-  
 dicis. at illa p̄memorans opa sua mi-  
 serabiliter p̄tre miscit Grandis timor  
 est fr̄s in illa hora mortis ⁊ separatōis  
 anime a corpore. Assistent em̄ tunc ipsi  
 ante opera eius que die noctuq̄ bona  
 vel mala egisset. ac illa audiens actus  
 suos egredi p̄tmescit. q̄ peccatrices  
 anime cū metu magno ⁊ timore horē  
 do separant a corporibz. ⁊ trementes  
 p̄gunt ad eternum iudiciū **E**a ergo ho-  
 ra cum aīa diuidit a corpore uidens vni-  
 uersa opa sua dicit eis. tonate mibi in  
 mus hore spaciū donec egrediar. Et re-  
 spondentes oēs actus eius dicēt ei. tu  
 nos egisti. tua opa sumus. tecū semp̄  
 ibimus. tecumq̄ p̄gemus ad iudicē.  
 Sancta uero anima a corpore nō timet  
 exire. nec metuit. sed magis gaudens  
 cum fiducia pergit ad deū euecta offi-  
 cijs angeloz. hec effrem abbas. **P**

Ubi notandum q̄ quilibet deuotus ac  
 p̄tuosus q̄diu in hac peregrinatione  
 p̄sistutus est de desiderare debet introitu3  
 celestis patrie. q̄ lxxvira tota tribula-  
 tio ⁊ temptatio est. Unde beatus aug.  
 in glo. super ps. sic ait. Uira ista tribu-  
 latio est. ⁊ si tibi tribulatio non est aut  
 paruz patriam diligis. aut sine dubio  
 tribularis Qui enim non tribulat nō  
 se esse sciat de eo qd̄ desiderat. unde ti-  
 bi uidet uira ista tribulatio nō esse qd̄  
 non amas. Ama alteram uitam. ⁊ ui-  
 debis q̄ ista tribulatio est quacunq̄ p̄  
 speritate fulgeat. quibuslibet delictijs  
 abundet circūfloreat. qm̄ nondum est  
 illud gaudiū sine vlla temptatōe cer-  
 tissimū. qd̄ nobis in fine seruat deus.  
 sine dubio tribulatio est. hec aug. Nō  
 enim in ista miserayita in qua peregrini-  
 namur potest esse felicitas vel gaudiū  
 v̄p̄. Qd̄ testat Maximus ita dicens  
 Nemo se credat aliqua3 felicitatē aut  
 aliquod v̄p̄ gaudium in hoc sclo possi-  
 dere. beatitudo hic p̄parari potest possi-  
 deri non p̄t **Q** Duo sibi tempora  
 ordine suo succedunt. tempus. s. fletu-  
 di. ⁊ tempus ridendi. nemo se circū-  
 ueniat. non est in mundo hoc tps ridē-  
 di Scimus aut̄ q̄ omnis homo gaudere  
 desiderat. sed non omnes ibi q̄runt  
 gaudium vbi oportet inquiri. V̄p̄ in  
 hoc mundo gaudium non fuit. nec est.  
 nec esse poterit. hec maximus **R**  
 Unde sancti uiri ut liberior p̄uenire  
 possint ad celestem patriam in hac pe-  
 grinatione in labore ⁊ gemitu fuerūt  
 ⁊ ad illam p̄spiciendam suspirauerūt  
 De hoc beatus aug. in quadā ome. sic  
 ait. Non desiderat patriam peregrina-  
 tio sine lacrima. sed desideras qd̄ non  
 habes funde lacrimas. Quis iustus n̄  
 habuit istas lacrimas. qui non habu-  
 it peregrinum se esse non uoluit. Qua  
 fronte ad patriam uenit qui nō absens  
 bb. j.

# Liber .III. Dist. III. Ca. XIII.

suspirauit. hxc augu. Et inde est qd dicitur beatus bern. Desideremus qto possu-  
mus desiderio celestie patrie. cu mag-  
no rubore naqz et pfusione ad illam p-  
ueniet quisquis ea vel xmetem modo no  
desiderat. Quicunqz ingi ozoni assidua  
meditatioe necno et sollicita puerfati-  
one in illa versat securus hinc egredif-  
et cu magna exultatione in ea suscipie-  
tur. hxc bern. Ad tale etiā desideriu vi-  
delicet pueniendi ad regnum celoꝝum  
vnaquamqz deuotaz aiam Anselmus  
horat ita dicens. O aia tantus dicitur ee  
amor tuus in hac mortali vita et deside-  
riu pueniendi ad illud ad qd facta es et  
dolor qz ibi nodu es et timor ne forte  
non puenias vt nullam leticia sentire  
valeas nisi de his que tibi auxilium et  
spem pferunt perueniendi. hxc ansel.  
**E**t vt aia liberius possit celestia  
desiderare et pnr ad eternam felicitate  
peruenire. necesse est cu adhuc in car-  
ne retinet vt afectionibz inordinatis  
reluctet ac etiam ab illis mudef. vt si  
ne obstaculo seu impedimeto puenire  
valeat ad xpm. De hoc in libro de spu  
et aia sic dicit. Si anima a corpe corpalium  
afectionu hic non mutat. corpe  
eruta corpalibz tenet passionibz. Bru-  
teat ergo in hac vita ab hmōi petulan-  
tia mundari. qtenus cu hinc exierit ni-  
hil corruptu secum trahat et a corpali  
passione imunis existat. hxc in libro de  
spu et aia. **O**portet ergo vt aia non so-  
lum a psensu abstineat veruetiam ab  
omnibz pscupiscenqz se excutiat pnt  
declarat beatus bern. latius sup can. sup  
primo vbo **E**n ipse stat post pietē. sic  
dicens. Prope est dñs sanctis et ele-  
ctis etiam cu longe esse videat et no e-  
qualiter omnibus. s; alijs plus. alijs  
minus p meritoꝝum diuersitate. nam  
et si ppe est dominus omnibz inuocan-  
tibz eum in veritate non tñ omnibz for-

san vt dicere possint qz ipse est post pie-  
tem. **S**ponsuero qz ppe e que vno tm  
pariete diuidit. **P**ropterea namqz cu  
pit dissolui et rupto medio pietē ee cu  
illo. quem post parietem esse confidit  
**E**go aut qui peccatoꝝ sum dissolui no  
cupio sed formido sciens qz mors pec-  
catoꝝ pessima. **Q**uo no pessima mors  
vbi non subuenit vita. formido exire  
et ipse ptemisco portus ingressum. du  
non p fido ppe existere qui excipiat ex-  
euntem. **Q**uid em securus exeo si non  
dñs custodiat exitu meū. **I**xi ero ludu-  
brio demonu si no assisiat qui redimat  
neqz qui saluū faciat. **N**il tale erendu  
anime pauli cui ab aspectu et amplexu  
dilecti vnus tm modo pies obfistebat  
videlicet lex peccati qua inueniebat in  
membris suis. **I**psa est ois carnis p-  
piscētia qua carere omnino no potuit.  
donec in corpe fuit hoc sane interiecto  
pariete vno non longe pegrinabat a  
dño. **U**nde et oprando clamat. **Q**uis  
me liberabit de corpe mortis huius.  
sciens se mortis ppendio pnuo p-  
turum. **H**ac ergo paulus se fatebatur  
vna lege teneri pscupia. s. qua carni sue  
immobiliter insita tolerabat inuitus.  
**D**e cetero nihil mibi psciens sum inqt.  
**U**erū quis similis paulo qui non vice-  
licet huic interdū pscupiat pscupiscen-  
tie ad obediendum peccato. **P**roterit  
p inde quis is qui peccato pscupiscit et  
alterum sibi opposuisse pietem ipsum  
vtriqz illicitu pscupsum nec potest glori-  
ari qui hmōi est. qz stet sibi post parie-  
tem sponsus. quando iam parietes in-  
terfint no paries multo minus si pscu-  
sus puenit ad effectum tūc certius  
iam pies sponsi impediatur accessum ad  
ctus videlicet ipse peccati. qz si pctm  
in vsum psuetudo forte aurosus etiaz  
in ptemptum pduxerit. **N**one ita erie-  
tis miles ante a rugienti pparis

ad escā poteris deuorari q̄ puenire ad  
sponsū. non vno siquidē iam sed tan  
ta a te parietū numerositate interclu  
sum. Primus siquidē p̄cupia. secun  
dus p̄sensu. tercius a ctus. quartus  
consuetudo. quintus p̄emptus Cura  
igif̄ p̄iori p̄cupie toris resistere visce  
ribz vt non cades in p̄sensum. ⁊ oīs de  
inceps malignitatis fabrica euanescit  
Nec est oīno qd̄ sponsū appropinq̄  
te verat tibi p̄ter solū parietē corpis.  
q̄tenus gloriari poteris ⁊ dicere de il  
lo. En ipse stat post pietē. hęc ber. **T**  
Notandū est etiā vt ait bea. aug. q̄ nō  
sumus in hac vita sine pct̄is aut p̄cupi  
scentiis q̄uis etiam scī. sed exhibimus  
hinc sine pct̄o. q̄ vnusquisq̄ cū de cor  
pore exierit dimittunt ei qui talia ha  
bebat vt dimittentē debita. q̄ quori  
dianis p̄ceibz dimittunt ⁊ exit mun  
datus. hęc aug. Et vt beatus gre. d̄t su  
per cañ. Cum aīa scā a peccatis quori  
dianis ac minutis se p̄p̄mā mūdāt.  
dū quotidie pct̄ā minuta cū lacrimis  
abluit. ⁊ a maioribz se obseruat q̄uis  
freq̄nt peccet per assiduā tñ p̄māz mū  
diciā suam assidue seruat. q̄uis enim  
mor vt peccata iusticia declinet. dū tñ  
sp̄ credit in eū qui iustificat impiuz ⁊  
assidue sub eius fide pct̄ā sua deslet. p̄  
assiduas ablutōes iusticiā suā retinet.  
hęc greg. **Q**uisquis etiā in ius  
ticia p̄stiterit. ⁊ p̄cepta dñi seruare  
non obmiserit. antiquuz hostē in hora  
sui exitus nō timebit. Qd̄ a firmat be  
atus greg. vj. mora. sic dicens. Quis  
quis ad vite p̄cepta dirigit. p̄iusq̄  
eterna p̄mia p̄cipiat. hic iam initia  
securē imp̄peruū felicitatis degustat.  
vt antiquū iam non metuit vt interne  
mente mortis articulo violentos eius  
impetus non phoretat. Istis namq̄  
initū est retributionis ipsa plerūq̄ in  
obitu securitas mentis. **U**n̄ recte in li

bro Job d̄t. Et bestiam terre nō formi  
dabis. Callidus quippe aduersarius  
bestia terre d̄t. q̄ ad rapiēdas mortis  
tempe peccatorū animas violentia cru  
delitatis effrenat. Quos em̄ viuentes  
blandiens decipit moriētes seuius ra  
pit. Que p̄tra de electorū ecclesia per p̄  
plexam pollicet dñs dicens. Mala be  
stia non offendet per eā. Illi igif̄ terre  
bestiā moriētes timent. qui p̄ditōris  
sui potentia viuentes non timent. Sā  
cti etenim viri qui diuine se formidini  
medullitus subdunt. omne de aduer  
sarū aduentu pondus timoris abijciūt  
q̄ viuentes perfecte electi timent iudi  
cem. ne moriētes metuant accusatorū  
rem. Bene ergo d̄t. Et bestia terre non  
formidabis. Ac si aperte diceret. quia  
blandiente hoste non vinceris. hunc  
seuiēte postmoduz non timebis. hęc  
grego. **X** Impioꝝ vero aīas in  
hora sue egressiōis de corpore magnus  
terror inuadit. ⁊ amarissime angustie  
⁊ pauores illas circūstant p̄pter remoz  
sum p̄scie. De quoz miserabili anxie  
tate petrus da. sic ait. Pensandū quip  
pe est cū iam peccatrix aīa vinculis in  
cipit carnis absolui. q̄ amaro terrore  
p̄curit. quantis mordacis p̄sciētie sū  
mulis lacerat. recollit vetera que p̄mi  
sit. videt mandata que solito cōplere  
p̄emptit. dolet indulta p̄mē tēpa sese  
inaniter p̄cepisse. ploꝝat immobilē di  
stricte vltionis articulū inenitabiliter  
imminere. manere satagit ⁊ exire p̄pel  
litur. recuperare vult perditā ⁊ nō audir  
tur. Post terga respiciens totius trās  
actē vite cursū velut vnū breuissimū  
deputat itineris passū ante se oculos  
dirigit. ⁊ infinite perhenmitatis spacia  
deprehendit. ploꝝat itaq̄ q̄ intra tam  
breue spaciū acquirere potuit omne  
seculorū leticiam. Deslet etiam se tam  
p̄pter breuis illecebris voluptatē ineb  
bb. ij.

